2 vt l.tranſactio.ſ.de tranſac,ſed hic minor allegat turpitudinem ſuam,ſcilicet falſas allegationes dediſſe:ergo &c. †Huius timore hæc lex legit duobus modis.Primò in minore ꝓbāte: tūc obſtat contrarium.Sed reſpondet gl.de iure non poteſt allegare turpitudinē ſuā:verū eſt alteri:ſed ei,ꝙ fraudem participat:& fuit particeps huius turpitudinis:tūc allegare pōt,vt hic. Ita videt cōcludere iſta prima ſol. & vide iſtam primā glo. Iſta prima ſolutio non videt vera, per d.l.tranſactione.ſ.de tranſac.vbi etiam ei,qui fraudē participauit,non licet allegare turpitudinē ſuam.Soluit gl.ꝙ tūc ſe credebat maiorem,nunc videt ſe minorem.& iſta eſt magis tuta.Secundo verò modo legit de tutore probāte ætatem falſo. Tūc opp.qñ dolus dat cauſam cōtractui bonæ fidei,cōtractus eſt ipſo iure nullus: vt l.ele gāter.in prin.ff.de dolo. Sed iſte cōtractus fit ſuper actione tutelæ,quę eſt bonę fidei: ergo &c.Solue vt dixi ſ. tit.j.l. ſi maior. qa eſt diſtractus,ſicut contractus valet:qa eſt

3 liberatio,quæ ſecū trahit executionem:†& intellige liberationē factam per acceptilationē ipſo iure,nō per pactum:nā ſi per pactum:tūc debet agi actione prima:& ſi ex-

c ciperetur,replicaretur vt ſ.de tranſac.l.ſub prætextu.la.j.

Minoribus. In omiſsis, & etiā in neglectis minoribus ſuccurritur.hoc dicit.

1 ☞ *An ſit bona conſequentia,minor eſt uſus iure communi:ergo non eſt Le ſua.*
2 *Genus non infert ſuam ſpeciem de neceſſitate.*
3 *Libellus in integrum reſtitutionis quod debeat continere.*

c NOn videtur. Seipſam ſummat gl.dicit, pone caſum per l.verū.§.iciendū.& alijs legibus alle.per gl. In hac lege nō ſunt alia verum ramen Guar.poſuit in hac lege vna ſuā gl.de cuius intellectu dubitaē inter noſtros doctores & ſcholares, ꝙ neſciunt logicalia.Ego dico illud, qd' mihi videt. & antequā intrem eā,

1 opp.& oſtendo,† ꝙ minor pōt eſſe læſus iure cōmuni,& tñ eſt circunſcriptus:vt puta,præcedēte deliberatione plena adiuit hę reditatē:& poſtea reperiē nō ſoluēdo,iure communi vius eſt in eo qd' deliberauit:tñ reperitur circūſcriptus,& dareē ſibi reſtitutio:vt j.ſi minor ab hære.ſe abſti.l.j.& ij.Huius timore Guar.poſuit hic vnā gl.quę dicit ſic,cōſequētiā tollit,nō oppoſitū infert quia pars eius eſt.Quid igit velit dicere iſta glo. dubitaē hic in glo.& per doc.Et primò videas quid vult dicere, cōſequētiam tollit.Rñdeo:antecedēs eſt illud,vius eſt iure cōmuni: ergo circūſcriptus:iſtud eſt cōſequēs.iſtā cōſequētiā tollit iſta lex.quaſi dicat,cōſequētia nō eſt bona,vius eſt iure cōmuni:ergo circunſcriptus.iſtud ſequit:nō oppoſitū infert.quaſi dicat ex dicto antecedēti,nō ſequit oppoſitū.non enim eſt bona cōſequētia,vius eſt iure cōi:ergo non eſt circunſcriptus. & hoc non dicit in hac lege:& ſic ceſſat cōtrariū qd' ſequit:qa pars eius eſt. Ad euidētiā eius debes ſcire,ꝙ hic aſſumitur totū, & pars,ſicut genus &

2 ſpecies. Item debes ſcire†ꝙ ſpecies infert ſuū genus:qa bona cōſequētia eſt,homo eſt:ergo animal eſt. Sed genus non infert ſuā ſpeciem de neceſſitate:qa ſi dico,animal eſt:nō ſequit, ergo homo eſt:qa pōt eſſe equus. Ita in lege nīa ꝓpoſitio ideo nō infert oppoſitā cōſequentiā,qa habet ſe vt genus & ſpecies.nā circūſcriptū,eſt genus qa quidā ſunt vſus de iure cōmuni, quidā nō;vſus iuris cōmunis eſt ſpecies:ideo nō ſequit dicta cōſequētia.& vide gl.tuā.Tota expoſitio primæ & ſecūdæ particulæ dictæ gloſſæ procedit,expoſitio tertiæ particulæ non procedit,nā vſus eſt iure cōi,& circūſcriptus eſt:nō habēt ſe vt genus & ſpecies:ſed vt excedētia & exceſſa:qa pōt eſſe ꝙ aliquis eſt vſus iure cōi,& eſt circūſcriptus,& ecōuerſo.Itē pōt eſſe non circūſcriptus,&[vſus iure communi,& ecōuerſo.& ideo qui volunt ſuſtinere primas duas particulas glo.vt ſ.diximus expoſitas, iſtā particulam exponūt ſic,vt dicam, conſequentiam tollit,nec infert oppoſitam conſequentiā:quia pars eius eſt: id eſt,particulariter eſt verū in quibuſdam.not. quòd qui eſt circūſcriptus, eſt vſus iure cōi,& ecōuerſo;vñ cū iſta ꝑticularis vera, ex vno nō infert ad aliud,qa ex puris particularibus cōſequētia aliqua nō ſequit:& ſic ſumma gl.ſic cōſequētiā tollit oppoſitā cōſequētiā nō infert:qa particulariter eſt verū,& particulariter nō:nam ex

POMATES.

a ¶Dicatur. Istud segẽ do. Ant. in c.j. de ĩ inte. rest. sed in contrarium facit l. minoribus. ff. eo. vide Io. de Imo. in d.c.j. vbi dicit communem opi. in contrarium.

Pro concordia aduertẽ qđ vbi opẽ exceptionis minor tutus est de iure cõi aduersus aliquã obligationem: ipse minor non potest petere restitutionem in integrum. Ita videt velle Bar. hic in hac l.ij. de filiofa. mino. sed in l.iij. §. sed vtrũ. ff. de mino. videtur tenere affirmatiuã in l. in causæ 2a ij. ff. de mi. Tu dic, facienda est differentia quo nomine conueniatur, vt p Bart. hic. Vel melius Bar. in d.l. in causæ. loquitur sed'm gl. ibi. quæ loquit in casu l. si minor. §. minores. eo. ti. vbi dicitur, q minor cõpromittens põt in integrũ restitui. qđ intelligit vbi Bar. scilicet quãdo in arbitrum à quo non põt appellari: ergo ibi cessat remediũ ordinariũ. Sed licet Bart. referat gl. nõ tñ illud expresse firmat. Præterea sibi est cõtrarius referẽdo ad illum casum, vt s. Posset etiã aliter solui, secũdum eũ, vt affirmatiua p cedat qñ restõ detur iure actionis, negatiua verò qñ datur officio iudicis.

3

a

Pro P. PAV. P.

b ¶Minorũ. Adde tñ qđ fideiussor minoris cũ quo fuit interratum iudiciũ nulliter, puta sine curatore, nõ tenetur aliquo modo, vide do. Ant. cõsi. xvij. de quo habes ad Bart. in l. non eo minor. ff. de pcur. Itẽ q si quis præmisit minorem ratũ habiturũ aliquẽ actũ cũ erit effectus maior, & nolit ratificare p pter euidentẽ læsionẽ & iniquitatẽ non teneatur, vide Pe. de Anc. latẽ cõ. cccxxx. inci. visa facti narratione. in v. & vj. col. Sequitur Iaso. in l. si pacto quo pœnam, in fi. C. de pactis.

puris particularibus non sequit aliqua consequentia. Alio modo itelligit ista gl. & variatur ista expositio primæ, & j scđæ particulæ. Et p cõsequẽs tertiæ, vt itelligamus hic, q minor sit vsus iure cõi, qñ fecit ea q̃ diligens paterfamiliãs fecisset. Hoc præmisso expone sic gl. antecedens est vsus iure cõi: cõsequens est ergo circũscriptus. Istã cõsequentiã tollit non. hic est ista dictio nõ, posita in hac l. & sic punctuabis: cõsequẽtiam tollit nõ posita in hac lege, & sic dictio non tollit consequentiã. Sequit'in glossa: non oppositũ infert: quasi dicat, infert oppositã consequentiã: quia verũ est dicere, vsus est iure cõi, hoc est, fecit ea quæ fecisset qlibet diligẽs paterfamiliãs: ergo circunscriptus: istud semp sequit' in glo. quia pars eius est: qa species. vñ meritò infert suũ genus. nam facere illud q faceret diligẽs paterfamiliãs, est species: nõ circunscriptũ est genus: qa põt esse non circunscriptus, & facere stultè, & facere deliberatè. vnde meritò ista species, hoc est vsus iure cõi. infert suũ genus, hoc est non circũscriptus, tenendo istã opi. quę est bona, & vera: obstat cõtrariũ de eo, qui adiuit hæreditatẽ, cũ deliberatione, q reperit postea nõ soluẽdo: dico q nõ fecit illud qđ fecisset diligẽs paterfamilias: qa perquisiuisset oĩa q̃ sunt in inuentario: qa sciuisset oĩa q̃ sunt in hæreditate: vñ nõ fecit, vt diligens paterfamiliãs. & hæc vera bona. licet gl. ponat al's expositiões & expositi tibi ista ẏba Irne. nõ sequẽdo ẏba gl. nec doctorũ.

Et p hanc legẽ, & al's leges, ex qbus potuit exemplũ, sicut hic, † semp in libello cũ petit restõ, dicat' a est minor, & læsus sui facilitate: quia diligens paterfamiliãs hoc non fecisset. Nam si poneres in libello, qđ est minor & læsus: & ex libello non colligitur, quòd sui facilitate: libellus non concluderet. ergo debet restitui. ideo semper facias poni &c.

3

a

De filiofamiliãs minore. *Rubrica.*

LEX I.

FIliusfamiliàs. Si filiusfamiliãs fideiusserit, pro patre, vel extraneo põt restitui, nisi læsio p successionẽ tollatur. h.d. Cõtra istã legẽ opp. de l. cũ mãdato. ff. eo. Illius timore dixit. Plac. q tũc filius põt ipetrare restõnem: qñ principalis nõ est solũ dẽo p illã legẽ. Glossa reprehẽdit istã opi. interest em minoris potius nõ soluere, quã solutũ repetere: vt l. iij. ff. de cõp. & arg. j. tit. ij. j. l. etiã. Ad l. cũ mãdato. rñ. q ibi ponuntur duo casus principales. In primo cõtraxit minor principaliter in re alterius: qa res alterius vẽdidit mãdato dñi, & volebat petere restitutionem aduersus contractum, quo tenebatur dominus, qđ non põt nisi in subsidiũ: hic aũt se obligauit cõsequenter, p pte, vel extraneo: & vult petere restõnem aduersus obligationem suã, qđ põt indistinctè. In alio casu illius legis nõ contraxit minor, sed procurator eius: vñ nõ facit ad ppositũ. Quæro, hic dicit, pro extraneo: quis intelligatur extraneus. Dic vt in l. j. §. extraneũ. de rci vxo. actio. dicitur hic, si ei non successit. Quæro, quid si successit patri. Dic vt in gl. Quæro, qd si iste filius pro patre principaliter se obligasset. Certè idẽ esset. tamen non tolleretur obligatio p successionẽ: sed tolleretur læsio, & sic tolleretur restitutio &c.

LEX II.

SI frater tuus. Filiusfamiliãs minor, aduersus mutuũ restituit', nisi iussus patris interuenerit, vel Mace. iuuetur. h.d. Opp. & vĩ q filiusfamiliãs nõ iuuet' restõne: vt l. iij. §. sed vtrum. ff. de mĩn. Sol. Qñ filius cõuenit' suo noĩe restituitur, vt hic. sed qñ cõuenitur pater, nõ restituet', vt l. cõtraria. Item opp. & vĩ qđ qñ cessat Mace. nõ habet locũ restitutio: quia accipit in casibus permissis. & sic est vsus iure cõi: vt s. ti. j. l. fi. Solu. Dic vt in glo.

Quæro, quæ est ratio, qđ quando patris iussus interuenit, nõ restituitur. Dicvt in glo. ff. eo. l. iij. Quæro, quę est ratio, quòd quando est locus Macedoniano, nõ habet locum restitutio. Dic vt in glos. &c.

b *De fideiussoribus minorum.* *Rubrica.*

LEX I.

POstquam. Restituto minore, nõ vĩ restitutus fideiussor, nisi dolus creditoris interesserit. h.d. cũ l. seq. Opp. qñ vẽditio est ipso iure nulla, nõ est opus restõne: vt l. in causę. la ij. ff. eo. sed hic est ipso iure nulla: qa nõ interuenit decretũ. ergo &c. Sol. gl. intellige, q hæc vẽditio fuit facta cũ decreto. Quæro, ad qđ fuit hic minor restitutus ad ipsam rẽ? Plures sunt opi. hic. Quidã dicũt q fuit restitutus ad ipsam rẽ. s. vendità: quidã q fuit restitutus, q nõ teneret de euictione. Scđm primã opi. no. q fideiussor euictionis noĩe tenet', si p beneficium restõnis in integrũ vẽditor rem auocauerit. Iuxta hoc q̃ro, qd si vendẽs agit condictione ex lege. l. ij. j. de rescin. ven. an fideiussor teneatur? Itẽ quæro, qd si minor fuisset restitutus ideo quia pretio minori vẽdidit: nõ ideo quia vẽdidit: an fideiussor euictionis teneat'? Doc. tangunt istas quæstiones, quæ videnť mihi dubiæ: ideo nõ examino. Fortè hoc dicã ĩ aut. sacramẽta. j. si aduer. ven. Scđ'ò modò legitur, q fuit restitutus ne teneat' de euictiõe; & q extraneus tunc euincit rem. Sed tũc opp. qũo potuit extraneus tũc euincere, cùm res sit de bonis paternis. & iste minor erit hæres. Gl. dicit q debet intelligi q fuit de bonis paternis putatiuè, non verè. Vel dicas q fuit euicta p hypothecariam.

1 ☞ *Beneficium restitutionis, quando transit ad fideiussores minorum. & nu. 4.*
2 *Decretum iudicis, quando faciat cessare beneficium restitutionis in integrum.*
3 *Actio de dolo cessat, vbi habet locum restitutio in integrum.*
5 *Restituto in integrum quid operetur.*
6 *Restitutio in integrum, quando dicatur beneficium personale, & quando reale.*
7 *Restituto minore, an fideiussor habeat de nouo petere restitutionem in casibus, in quibus beneficium ad ipsum transit.*
8 *Fideiussor potest intentare restitutionem, quando minor noluit eam impetrare,*

LEX II.

SIea quæ. No. q † quando minor lædit'ur facilitate iuui, beneficiũ restõnis non transit ad fideiussorem: secus si lædit'ur dolo aduersarij: quia tũc beneficiũ transit ad fideiussores. Opp. de l. ait prætor. §. pmittitur. ff. eo. † vbi decretum iudicis, seu præsidis facit cessare restitutionẽ. Sol. Ibi interuenit decretum in alienatione necessaria, vt in recipiendo solutionem: hic in voluntaria. Contra hoc oppon. j. si propter pub. pen. l. fi. Solu. Intellige, quòd hic interuenit authoritas tutoris, & decretum iudicis: aliàs vẽditio esset ipso iure nulla: & sic inutilis esset restitutio, vt in contrario. Oppon. tertiò hic dicitur, quòd dolus aduersarij interceserit. Contra: aut dolus dedit causam contractui: & contractus est ipso iure nullus: & sic cessat restitutio: vt l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. Aut dolus incidit in contractum: & habet locum actio ex empto, & sic cessat restitutio: vt l. in causæ. ff. eod. Glo. ponit plures so. hæc est vera: q dolus dedit causam contractui: & fuit deuentum ad tradition em. † & sic in maiore haberet locum actio de dolo. l. & eleganter. in prin. verum quia minor potest iuuari per restõnem: habet locum restõ, cessat actio de dolo; vt l. j. §. antepeñ. ff. de dolo. dixi in l. ij. s. de dolo. Ita habetis hoc intellige re. † Opp. q fideiussori prosit beneficium restõnis: etiam si dolus non interuenit: de l. minor. ff. de procu. Gloss. soluit multum bene. Aut restituto minore: & eius fideiussore, creditori non daretur regressus contra alium: & tunc fideiussori non prodest restitutio; vt hic. Aut daretur

a daret regressus cõtra aliũ: & bñficium restitutionis a transit ad alium: vt d. l. minor. ita dicit gl. & bene. Item opp. qũo restituto minore, & sic sublata obligatione principali, põt teneri fideiussor: cum non sit obligatio cui accedat: vt l. j. ff. de fideiuss. Huius timore esset videndũ † quid operet restõ in integrũ. Quidam dicunt, q solũmodo persona eximitur ab obligatione: obligatio tñ remanet firma: sicut dicimus in eo q deportatur in l. fi. ff. de duo. re. & in eo qui decedit sine hærede: vt l. si sine hærede. in prin. de admi. tut. & l. Stichũ aut Pamphilum. circa prin. ff. de sol. Vnde ratio obligationis remanet, vt accedat fideiussor: vt l. si debitori deportato. de fideiuss. Alij dicũt, q persona ab obligatione non eximitur, sed solũ paratur exceptio: quia personalis est: ideo nõ transit ad fideiussorẽ: vt l. exceptiones quæ personæ. ff. de exce. Facit ad hoc ff. eo. l. si iudex circũuento. Ista vltima placet mihi plus. & hanc tenet gl. Sed cõtra hanc oppo. dixi q ista exceptio est personalis: cũ beneficia psonalia nõ trãsant ad hæredes: vt l. q tale. ff. so. mat. j. de priui. dot. l. j. cũ si. Sol. quicquid dicat Dy. in c.

6 priuilegium psonale. de reg. iu. lib. vj. † restitutio in integrũ quo ad quædã, dicitur beneficiũ personale: vt in casibus, in qbus ad fideiussores non transit. quo ad quædam dicitur reale, vt quo ad transmissionem ad hæredes: vt l. non solũ. ff. de in integ. restit. In casibus, in quibus cõpetit fideiussori: huius est ratio, quia beneficiũ istud partim datur ratione personæ: partim ratione læsionis. & ideo in quibusdam casibus habet vim personalis beneficij: in quibusdam habet vim realis beneficij. Opp. ff. de fideiusso. l.

7 Marcellus. Solue vt ibi. Quęrit gl. multum solenniter. † Vtrũ restituto minore intelligatur restitutus fideiussor, in casibus, in quibus transit beneficium ad fideiussorem: vel habeat necesse fideiussor de nouo petere beneficium restitutionis in integrũ. Gl. tenet q habeat necesse petere de nouo, p hunc tex. qui dicit: vtri que personæ tam &c. vnde cũ vtriq; cõpetat, quilibet habet intentare per se. Quæro † quid si minor nõ voluit impetrare restitutionem, an posit eam intentare fideiussor? Gl. dicit, q sic, et bene: vt l. si post mortem. §. fi. de contra tab. &c.

Situtor uel curator interuenerit. *Rubrica.*

LEX I.

NIam puberes. Minor aduersus laditionem potest restituit intra tempus legitimum: quo elapso contra eius curatorem, qui sibi authoratus est succurretur. h.d.

LEX II.

MInoribus. Tutoris authoritas in iudicio, vel extra nõ impedit restitutionem minoris, si ibi est læsus. hoc dicit.

LEX III.

ETiam. Etiã in his, quæ gessit tutor, solus minor põt restitui, et contra tutorem experiri. hoc dicit. Videbitis. j. eo. l. fi. &c.

SIcreditor. Minor non restituit' aduersus obligationẽ administratoris: qa ipse non tenetur. Cy. hic intrat materiam difficillimam, quæ tractatur in l. si pupilli. §. i. de neg. gest. & Cy. ponit in l. ei qui seruo. §. j. j. quod cum eo &c.

1 ☞ *Restitutio quando concurrat cum alia actione contraria.*
2 *Actio ordinaria quando excludat extraordinariam.*
3 *Instantia perempta, actio remanet perpetua.*
4 *Auxilium ordinarium & extraordinarium quando concurrant.*

ETiam. Auxilium extraordinarium concurrit cũ ordinario, quando cõpetit cõtra diuersos, nec electione tolluntur. h.d. Opp. † restitutio nõ cõ currit cũ cõtraria actione: vt l. in causæ. la ij. ff. de mĩn. Sol. Verum est, qñ illa duo remedia darent' cõtra vnum & eundem: secus si cõtra diuersos, vt hic. † Cõtra hoc opp. de l. cum mandato. ff. eo. Sol. multæ sunt. Ista sol. est vera: ibi loquit' qñ actio ordinaria habuit originẽ ab actione volũtaria: quia tũc excludit extraordinariã, etiã qñ cõpetit contra diuersos: hic verò habuit originem ab actione necessaria. Oppo. tertiò de l. properandũ. §. fi. j. de iud. Sol. Dicit Cy. q spãle est ibi in instãtia iudicij: qa ea perẽpta remanet actio prima firmior, q̃ primo esset: secus si causa esset perempta: & vide gl. Nota ex eo qđ dicit

5 firmior, † q perempta instantia remanet perpetua actio, quæ est facta per litis cõtest. De hoc dixi vobis in l. ij. j. de fru. & li. expẽ. Pet. tñ tenet istã so. sed dicit, q hic nõ poterat minori æqualiter subueniri contra fideiussorẽ, & extraneos: quia tutor dedisset eis pecuniã, & ipsi volebant possessiones venditas. Sed qñ prosequeretur ab vtroq;: tunc actione ordinaria debet procedere, nec haberet locũ restõ: vt d. l. fi. Ista sol. Pe. non est vera, vt per l. etiam s. eo. ti. & est contra l. si minor. ff. de admi. tut. Tene ergo sol. gl. q speciale est in iudicijs. Item opp. j. titu. ij. l.

4 fi. Solue vt ibi, † & distingue plenè qñ ordinariũ auxiliũ cõcurrat cũ extraordinario. Plenissimè dixi in l. in prouinciali. de oper. no. nun. vbi tangitur. Vltimò opp. & videtur, q per electionẽ tollatur: vt j. de cod. l. fi. Sol. Ibi quando contra eundem agebat': hic quando contra diuersos agebatur &c.

P. PAV. P

¶Restitutiõis. Quid autem si ille nõ esset soluendo, vide aret. post Pau. de Cast. in l. si pupillus. ff. de acqui. hære.

Si in communi eademque causa, in integrum restitutio postuletur. *Rubrica.*

1 ☞ *Factum unius ex fratribus non nocet alteri.*
2 *Qui ratam habet uenditionem rei suæ, sibi præiudicat.*
3 *Beneficium quòd datur uni ex socijs, quando porrigatur ad alium. & nu. 5.*
4 *Quis quando possit habere ratum, quòd suo nomine non est gestum.*
6 *Aetas unius ex socijs quando prosit alijs.*
7 *Appellatio unius, quando prosit alijs.*
9 *Principium spectatur, quando finis habet necessariam consequentiam ad principium.*

LEX vnica.

NEc si maior. Factum vnius ex fratribus non nocet alteri: & restõ, q̃ competit vni minori, non p̃dest alteri maiori. h.d. Notabilia habes in summario. Primò habetis † q factum vnius ex fratribus nõ nocet alteri. Si-

1 mile j. de cõmu. re. alie. l. j. qbus rei iud. non no. l. j.

2 & in toto ti. res inter alios acta &c. Nota secundò † q qui ratã

3 habet venditionẽ rei suæ, præiudicat sibi. Tertiò nota † q beneficiũ, qđ datur vni ex socijs, non porrigit' ad alium. Ad se-

4 cundũ opp. † qs nõ poterit habere ratum, qđ non est suo nomine gestũ: vt l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gest. Sol. Dic q hic soror gessit noĩe suo, & fratrũ. Vel si intelligas q gessit noĩe suo tm: rñdeo ad contrariũ, q non possum habere ratum, qđ non est meo nomine gestum. quantum ad producendã actionem negotiorum gestorũ mihi vel contra me, vt in contrario: sed quãtum ad alia, vt ad præiudicium mihi generandum, possum: vt l. si fundus. §. j. de pig. nisi in subsidiũ: vt l. mater. j. de rei ven. & l. si eum seruum. ff. si cer. pe. & vide gl. super ver. gesserat. Ad tertium notabile opp. † q beneficiũ vnius ex socijs porrigatur ad aliũ: vt

5 l. si communem. ff. quẽad. ser. amit. si ser. vẽ. l. loci corpus. §. si fundus. Glo. tua dicit, q hæc lex loquitur in his quæ sunt diuidua: lex contraria loquitur in indiuiduis: qñ oẽs seruitutes sunt indiuiduæ, excepto vsufructu: vt l. j. §. si vsusfructus. ad leg. fal. Pet. reprehendit istam glossam: qa licet seruitus sit indiuidua, tñ obligatio personalis est diuidua: vt l. per fundum. de ser. rust. prędio. Dñs Iac. But. tenebat idẽ: sed loquebat' magis curialiter, dicens qđ ista gl. debet intelligi in ipso iure seruitutis, non ĩ obligatiõe

6 personali. Tu dic clarius: Quandoq; † beneficium psonale, seu ætatis, allegatur ad impediendũ præscriptionem seruitutis, seu ætatis, & sic ad eam conseruandum: & tũc ætas vnius p̃dest alteri maiori: vt l. si cõmunem. quemad. ser. amit. Quãdoq; allegat' ætas vnius ad seruitutis declarationem: vt quia agebatur confessoria, vel negatoria: tunc idem vt ætas vnius prosit alteri: vt l. loci corpus §. si fundus. ff. si ser. ven. Qñq; ætas allegat' ad impediẽdum seruitutẽ constitutã: & tũc ætas vnius p̃dest alteri: qa non põt p parte cõstitui: vt l. p parte. ff. de ser. Qñq; allegat' ad impediendũ obligationẽ psonalẽ de seruitute constituẽda: tunc ætas vnius nõ p̃dest alteri: vt l. p fundũ. de ser. rust. præd. Itẽ oppo.

7 de l. j. si vnus ex pluribus app. ff. de app. l. si qs separatim. §. fi. Gl. inculcat ista cõtraria cũ præcedẽtibus. & dicit, q ibi loquit' ĩ indiuiduis: hic in his q̃ sunt diuidua. Vult dicere † q snĩa diffinitiua est indiuidua. ideo non põt p parte valere, pro parte nõ: meritò vnius appellatio alteri p̃dest. Et vide gl. istud non vĩ verum: nam snĩa ex post facto põt esse diuidua, vt dicã vobis j. titu. j. l. j. Præterea, qñ sunt plures personę litigantes, etiam snĩa prima põt esse diuidua, q in persona vnius feratur, in personam alterius: non: vt l. nõ idcirco ff. de iud. & l. de vnoquoq; in prin. ff. de re iudi. Vñ ista glo. fortè voluit dicere q illa. l. j. j. si vnus ex plu. & l. si

a ¶Et pro parte. Adde qđ Bal. vt refert & sequit Pau. de Cast. hoc dicit, ꝙ stante statuto ꝙ non valeat sñia nisi soluatur gabella ad computũ sex denariorũ pro libra & lata sit sñia in centũ, solutaq; gabella nisi pro quinquaginta, qđ in totũ erit sñia nulla. Tamen subdit Pau. de Ca. reſpõdisse de facto, ꝙ stante statuto qđ non valeat instrm cõtinẽs summam .ē. quinquaginta, nisi regiſtratum foret in libro cõmunis: et esset instrumentum de centum, ꝙ valebat in quinquaginta qa summa est diuisibilis. Nõ obstat deciſio Bal. secũdum ipsum: qa loqr in sñia quæ est indiuisibilis. alle. no. in l. si sponsus. §. generaliter. ff. de donat. inter vi. & vxo.

b ¶Quid dicemus. Et vide Bar. ī l. quivas. ff. de fur. & in l. si constãte. §. fi. fol. mat. D. Ant. & alios in c. cũ inter nos. de re iudic. Bal. ī l. ij. C. eo. & gl. in l. apud Celsum. §. itẽ quæritur. ff. de doli excep. And. Barb. ✠ P. PAV. P.

c ¶Istam sñiam ꝙ super eodẽ capitulo nõ valeat sñia ꝑ parte, tenet Cy. & Iac. Bu. & cõiter oẽs hic, & glo. in c. placet, extra de cõuer. cõiug. Vide etiã Bar. & Alex. in fi. legis, si constãte §. fi. ff. fol. mat. Quid aũt si iudex diceret, condẽno in decẽ tm. Dñs Mathes. in quodam cõsi. iudex mercatorũ. tenet sñiam ī isto casu nõ valere. 2 Pro quo etiam facit vnã regula, quã ponit Bar. in l. iij. §. cùm Titio. ff. de adi. lega. 3 In cõtrariũ vide Pa. in. c. cũ inter. in pe. & vlt. co. extra, de re iu. 5 di. vbi latè tãgit istã 6 materiã. Pro Mathesi. facit quia in sñia verba strictè intelligunẽ l. j. C. si plu. vna 7 sen. ideo vbi fit stricta interpretatio, nõ habet locũ argumẽ 8 tũ à contrario sensu. Ergo ī aliquo absoluto, vt ꝑ Bart. in l. oẽs populi. in vj. art. principali. de iusti. & iure. dũ ponit an statuta accipiãt interpretationẽ extensiuã. Vide latius de materia, qñ sñia lata pro parte valeat, Fel. in c. cũ inter col. iiij. de re iu. cũ seq. vsq; ad fi. vbi ponit quatuordecim limitationes ad regulam cõmunẽ, ꝙ super eodẽ capitulo nõ valeat pro pte, & trãsit etiã cum opere Abb. 1 circa illud qđ dictũ est de taxatiua, vide 2 etiã ad regulã ꝙ consuluit Ro. cõ. ccxviij inci. in re ꝑ senti vbi ponit si quis condemnetur ad restitutionem, ꝙ valeat respectu rei, sed non respectu æstimationis, cũ sint separata capitula. Itẽ vide Bal. in c. inter cæteros. in ij. q. de re iud. dicentem ꝙ si est deducta stipulatio de decẽ, & iudex iudicat de viginti, in totũ est nulla, etiã si esset iudex cõpetẽs in tota summa, vt differat à casu l. fi. cũ gl. ff. de iurisdi. om. iu. Sequit Fel. in d. c. cũ inter col. iiij. Itẽ ꝙ nisi pronuncietur super toto non valeat, vide Barb. consi. xxxvj. vol. iiij. in ij. dubio. qui loquitur quando erat opposita exceptio condemnationis, quæ extinguebat creditum actoris pro parte, vt per eum.

d ¶Pro dimidia. Adde quid si quis vẽdicat fundi medietatẽ pro indiuiso, & probat pro diuiso, quã sñiam debeat facere iudex, Fede. consi. cxxxix.

quis separatim. §. fi. loquatur in causis indiuiduis, vt super seruitutibus cõiter illæ leges intelligantẽ gñaliter: & pro certo gñaliter loquuntẽ. ſ. in obligatione tutelæ, & in aliis indiuiduis. Dicamus ergo, prout dictũ fuit, ſ. ꝙ spãle est in causa appellationis, qñ vna est causa, & vna ratio defensionis vtriusq;. Ratio huius est: qa studere debemus, vt sñia sit indiuidua inquãtum possumus: licet posſibile sit, ꝙ ex post facto diuidat. tñ principaliter debemus studere, vt sit indiuidua inquãtum possumus: vt l. in hoc iudicio. fam. erci. Opp. de l. iij. §. Seio. ff. de mino. vbi videtur, †ꝙ debeamus inſpicere initium: sed hic tpe: quo ratum habuerunt. isti erant minores: ergo &c. Sol. Dic ꝙ hic qñ ratum habuerunt, non erãt minores. Dicit gl. vel aliter: posito ꝙ tempore, quo ratũ habuerunt, erant minores, tñ si postẽ facti sunt maiores habuerunt ratũ, non habebũt restõnem. Non obstat lex quæ dicit principium spectandũ: quia illud verum, qñ finis habet necessariam cõsequentiam ad principium: sed hic ratihabitio sequens nõ habet necessariam consequentiam ad principiũ, sed voluntariè fecit: ergo &c.

Si aduersus rem iudicatam. *Rub.*

☞ *Sententia, quando possit ferri pro parte tantum.*

Si aliquis conuentus rei uendicatione ad totum fundũ, repertus tantùm dimidium fundi possidere, ad illam dimidiam condemnatur: & sententia tenet.

Libellus in actione tutelæ, qualiter possit formari.

Initium quando inspiciatur, & non finis, ad hoc ut detur restitutio minori aduersus sententiam.

Iudicare, & sic iudicare, qualiter differant.

Aduersus læsionem contingentem intra modicum tempus, postquã cessauit absentia, quando detur restitutio.

Sententia, quando possit pro parte ualere, & pro parte nõ ex post facto.

Libellus, quando quis petit se restitui, aduersus sententiam qualiter concipiatur.

Restitutio in integrum restituit minori, quòd abstulit ei læsio.

LEX I.

Minus ex tutelæ. Actori minori succurrit, si reus in minus extiterit cõdẽnatus, nõ maiori. h. d. Istã legẽ habeo ꝑ multũ subtili, licet circa tex. sit clara. Opp. & vr ꝙ de iure cõi agere posset: vt j. de iu. l. licet. & ē. de trãsac. l. age. Sol. In cõtrariis vnã tm speciẽ fuit ꝓsecutus: vñ de aliis ꝑt agere de iure cõi: hic verò de illa specie vult agere, de q̃ fuit iudicatũ. Cõtra hoc opp. †ꝙ etiã de eadẽ posset agere de iure cõi: nam si iudex pro parte fert sñiam, & pro parte[a] non, sñia est ipso iure nulla: vt l. in hoc iudicio. ff. fam. ercis. & l. apud Celsum. §. item quæritur. el j. de do. exce. sed scd'm hoc, hæc sñia fuit ipso iure nulla: quia de parte tm ꝓnunciauit. Huius timore, in hac lege sunt opi. & hic aduerte, ꝙ qdam fatentẽ cõtrariũ, & hãc legẽ intelligũt, ꝙ in quinq; condẽnauit, & in quinq; absoluit: & sic de toto pronũciauit. & ita vr sentire gl. Alij dicũt, ꝙ istud est diuinare: sed hic sup toto ꝓnunciauit: hoc est, sup quinq; expresſe: & super alijs quinq; tacitè pronũciauit: & quia de eo qđ non dixit, vr absoluere. qđ gl. & doc. nostris non placet. In sñia enim nõ præsumitur nisi illud, qđ est dictũ: vt j. si plu. vna sen. l. j. & d. l. apud Celsum §. item quæritur de doli excep. Alij dicunt ꝙ hic pronũciauit sup parte tm: & dicũt ꝙ cõtrariũ nõ est verũ. non enim est nulla sñia: sed pro parte tm pronunciat, vt hic. Doct. tñ & gl. dicũt cõtra per l. in hoc iudicio. fami. ercis. & l. qualem. §. j. ff. de arb. Quid dicemus? primò in hoc vtrũ sñia possit ferri pro parte tm: dicas, si quidẽ libellus continet plura capitula, põt super vna ferri sñia, & super alio nõ: vt l. etiã. §. j. ff. eo. Facit ē. de trãsac. l. si ex falsis. Idẽ si libellus cõtinet vnũ capitulũ cõtra plures nam cõtra vnũ potest ꝓnũciari, cõtra alios nõ: vt ff. de iud. l. non idcirco. & ff. de re iud. l. de vno quoq;. si verò cõtinet vnum tm capitulũ: tũc non põt pro parte tm pronunciari: vt d. l. in hoc iudicio. & l. qualẽ. §. j. de arb. Ita dicũt doc. Addo hoc esse verũ, qñ instãtia causæ tenet sup toto: secus si pro parte esset perẽpta: ita ꝙ sequeretẽ absolutio ab obseruatione iudicij. tũc em sufficiat pronũciari super illa parte, in qua tenet iudiciũ. Casus est in l. si cõstante. §. fi. ff. solu. mat. Et per hoc dixi semel in q. de facto, †cũ rei vendicatione aliquis cõueniretur ad fundũ, repertus est possidere pro dimidia[a] tm: vnde iudex eũ in illa dimidia cõdẽnauit: in alia dimidia nihil dixit. Dico ꝙ sñia valet: quia ꝑ alia parte, quã non possidebat, nõ ꝓcedebat iudiciũ: vt l. fi. ff. de rei ven.

His præmissis, redeo, & videamus qualiter intelligas hanc legem. Gl. vr velle ꝙ pro parte sit cõdemnatus, pro parte absolutus. qđ verũ est ī se: sed est diuinare. Tu verò pone casum aliter, ꝙ fuit actũ actione tutelæ pro vna specie nõ expressa quãtitate hoc modo: Peto ꝙ reddat administrati frumẽti rõnẽ, & reliqua restituat: iudex condẽnauit eũ ad restõnem de quinq; occasione reliquorũ: cũ in veritate deberet cõdẽnare ad decẽ. Certè tũc valet sñia, & vr super toto ꝓnunciatũ: quasi dicat ista tm reliqua petere eũ debere. Et hoc fortè volunt dicere illi, q̃ dicũt, ꝙ ꝑ alijs quinq; vr absolutus tacitè. Sed si ponamus, ꝙ ī libello fuisset expressa certa quãtitas: vt puta decem, q̃ remanserũt apud te, ex tali administratione: tũc haberemus necesse dicere illud qđ gl. dicit, ꝙ in quinq; cõdemnauit, in quinq; absoluit. Ex prædictis nota †ꝙ in actione tutelæ põt formari libellus exprimẽdo certã quantitatẽ, ad quã quis dicat tutorem sibi teneri: vt hac l. cũ sua gl. Põt etiam formari libellus nullã exprimendo quantitatẽ, vt ē. dixi. & no. in l. j. in prin. ff. de eden. Procedo vlterius. oppo. hic vr dicere ꝙ sufficiat quẽ esse minorem tpe iudicij. Cõtra imò requirit, ꝙ sit minor etiam tpe sñiæ: vt ff. eo. l. iij. §. j. Glo. dicit qđ ista suppletur per illã: vt hic, dum dicit: tẽpore iudicij: subaudi, et tempore sñiæ. Contra hoc oppono. & vr †ꝙ debeamus inſpicere initium, & nõ finẽ: vt l. si minor. ff. de seruis expor. Sol. Qñ finis habet necessariam cõsequentiã ad principium, tũc inſpicimus principiũ: vt lege cõtraria. Sed qñ nõ habet necessariã cõsequentiã, inſpicimus finẽ: vt d. l. iij. §. j. Dices tu, nõne sñiæ habẽt necessariã cõsequentiã ad ꝓcessum? qa iudex habet iudicare ne cesse: vt d. l. de qua re iud. ergo debemus inspicere tps processus, nõ tps sñiæ. Hic aduerte, †duo sunt. ſ. iudicare, & sic iudicare qđ iudex iudicet, istud habet necessariam consequentiam ad ꝓcessum: sed ꝙ iudex sic iudicet, istud non habet necessariã consequentiam ad processum & ideo ego putarẽ, ꝙ si quidem sic iudicare veniret ex necessaria consequentia ad processum: vt quia minor omisit aliquas probationes: vnde iudex non poterat condemnare: tunc etiam aduersus sententiam latam contra minorem peteretur restitutio. Secus si minor esset solùm læsus in sententia: quia in processu fecerat quicquid debuerat: tunc non habet locum restitutio aduersus sententiam: quia illa non habet necessariam consequentiam ad acta. Oppo. † aduersus læsionẽ contingentem intra modicum tempus postquam cessauit absentia, quis restituitur, vt l. ab hostibus. §. sed quòd simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. ergo eadem ratione aduersus læsionem cõtingentem intra modicum tempus, ex quo cessauit minor ætas: sed ego dixi tibi ē. etiam quando sententia est lata cõtra factum maiorem: ergo &c. Sol. Dicit glo. ratio est, quia potest appellare. Hoc nihil est dicere. Tu dic ꝙ diuersa est ratio prædictorũ: nam modicum tempus, ex quo quis est reuersus, computari non põt absenti, donec sarcinulas composuerit & aduocatum quæsierit, quæ ratio cessat in modico tempore, ex quo superuenit ætas.

7 Quæro †vtrum sententia posit pro parte valere, & pro parte non valere ex pòst facto. Verbi gratia: iudex cõdemnauit me ad decem: ego appellaui, dicens me grauatũ ad quinq; & in hoc obtinui: & sic valebit sñia pro parte, & pro parte non. & hoc fatentur Vltramon. arg. ff. de inof. test. l. circa. Iac. de But. dicebat ꝙ l. circa nihil facit ad propositum, quia si iudex appellationis in quinq; absoluit, remanet sententia in alijs quinq;, & sic super toto est iudicatum. qñ tamen sunt diuersa capitula, nullus negat quin ꝑ parte possit sñia valere, & pro parte non l. Carmelia Pia. de iure patro. & l. quædã mulier. fami. ercis. Ego puto ꝙ ex post facto sñia possit pro parte valere, & pro parte non: vt in exẽplo ꝓposito, vt condemnatus ad decem appellauit à quinq;, statim appellatio sola rescindit sñiam in eo qđ est appellatum: vt ff. ad Turp. l. j. §. fi. vnde interim anteq; iudex sententiet, remanet pro parte valida, & pro parte non. hoc etiam apparet ex casu huius legis, si bene aduertatis. 8 Pro huius declaratione quæro, †qualiter formatur libellus, qñ quis petit se restitui in integrũ aduersus sñiam. Hæc lex videtur velle, ꝙ quis petat se restitui vt possit super illa re, de qua sententiatum est, actionem de nouo iterato intentare, ac si sententiatum non esset. hoc apparet ex prin. & ex fine huius legis. Principium dixit habere actionem &c. secũdùm hoc videtur ꝙ debeat de nouo dari libellus, & lis contestari &c. & alia facere. Præterea restitutio in integrũ habilitat vt possit prosequi primã instantiam, ac si iudicatum non esset. In contrarium, videtur ꝙ quis debeat petere restõnem in integrum, vt possit primã instantiam prosequi, ac si iudicatũ non esset: vt j. si aduer. liber. l. j. ibi dum dicit: litis instauratione admittit, &c. Breuiter dico sic: Ad euidentiã anteq; veniam ad alia, debes scire †ꝙ beneficium restitutionis in integrũ restituit minori illud, qđ abstulit ei læsio: vt l. ait prætor. in princi. ff. eo. & l. qui ꝓprio. §. item vel conqueritur. ff. de ꝓcu. scd'm verũ intellectum. Dicã j. in processu. Hoc præmisso, si minor est læsus in sñia: quia cũ iudex debet condemnare, tutorem absoluit: restitutio in integrum rescindit sñiam contra illud obstaculum exceptionis, qđ parauit minori, non tñ ꝙ iudex restituens in illa instantia condemnet tutorem. Ratio: quia tutor nunquã fuit condemnatus minori, vnde istam condemnationem non restituit sibi ratio: qa nunquam fuit condemnatus, sed rescindit sñiam tãtum. & ideo nunquam petens restõnem aduersus sñiam, petet vt super causa prima, vigore illius instãtiæ habitæ super restõne iudiceẽ, sed quòd læsio, quæ illata est per sñiam, remoueatur, & in pristinũ statum reponatur. Hoc præmisso põt esse ꝙ sñia læsit me per necessariam consequẽtiã actoris, quia non ꝓbauerunt vt debuerã: tunc habeo necesse in libello omnia ista narrare, ꝙ ego omiſi talem ꝓbationem, ex quo iudex absoluit tutorem, propter qđ ego mei facilitate sum læsus: quia diligens paterfamiliãs & homo maior hoc nõ feciſſet: tunc cõcludo ꝙ restituar aduersus dictam sentẽtiam, & ponar in eo statu, in quo eram quando poteram facere dictas ꝓbationes. & isto modo intelligitur restauratio litis, quæ ponitur in l. j. ff. si aduer. li. Si verò lęsit me sententia tantùm, quia acta stant optimè, & debebat sententia venire pro me: tunc solùm petam restitutionem aduersus dictam sententiam: & tunc possum petere reformari sententiam ex primis actis, ac si iudicatum non esset. & hoc modo potest intelligi d. l. j. & illud qđ hac lege dicitur ꝙ actio moueret &c. intelligitur codẽ modo ꝙ moueatur actio prosequendo primã instantiam. Vel possumus aliter intelligere hanc legem, & stabit tex. propriè. Egi actione tutelæ pro vna specie, & omiſi aliud accessorium: vt puta vsuras, de quibus nihil dixi: fuit iudicatum, ꝓpter sñiam impedior mouere actionem super principali, vt consequar vsuras, quę veniũt accessoriè: vt ē. depositi. l. iiij. & de iud. l. si cùm tibi. petam restitutionem aduersus ipsam sententiam, vt possim actionem principalem mouere propter vsuras & aliàs accesſiones, ac si iudicatum non esset. &c.

1 ☞ *Actor in libello potest facere mentionem de exceptione rei & replicatione.*
2 *Pater agens causa status, quando possit uenire contra factum suum.*
3 *Filius, quando petat se restitui contra patrem.*

LEX II.

Icum pater. In causa status filius minor aduersus sententiam latã pro parte petet se restitui. h.

1 d. Nota ex hac lege ꝙ †sicut in libello suo actor põt facere mentionẽ de defensione siue exceptione rei, & replicatione: ita hic. & no. Inno. nescio in quo c. & in petendo, ego in libello posim facere mentionẽ de pacto de nõ petendo: & qđ postea feciſti mihi pactũ de petendo: vt hic patet qđ no.

2 Opp. ꝙ †pater non potuit agere: qa non põt venire contra factũ suũ: vt l. post mortẽ. ff. de ado. Sol. Veritas est ista: Quãdoq; patri obijcit solus cursus tẽporis, quo filius stetit in libertate: tunc requiruntur viginti anni ad excludendũ eũ: vt l. j. j. de pat. pote. & ibi not. Quãdoq; patri obijcit factũ suũ cũ cursu tẽporis: tunc sufficiunt decẽ anni ad excludẽdum patrẽ: vt l. post mortem. ff. de adop. Quandoq; patri obijcit factũ suũ tantũ: tunc ista obiectio non excludit eũ, si factũ est inualidũ. hic est casus hic. Tertio opp. ꝙ †contra patrem nõ posset peti restitutio: vt j. qui aduer. quos. l. fi. Sol. Regula illa fallit in causa status hęc est bona sol. quæ mihi placet. Alij ꝙ non petitur restitutio aduersus patrẽ, sed aduersus sñiam latã pro patre. Et hanc opi. tenent quidã: qa tũc quærit de iudice, nõ de patre. licet glo. eam non teneat. Opp. de l. præfecti. & l. minor. eo. tit. ff. Sol. Intellige hic ꝙ de proconsule: ibi de eodem loquitur &c.

3 a

1 ☞ *Iudex delegatus quando possit de in integrum restitutione cognoscere.*

¶Pro cõcordia Aduerte, ꝙ restituere põt solus princeps aduersus illũ, qui vice principis iudicauit. Ita Bart. & Bal. in hac. l. aduersus. Bar. in l. fi. C. vbi & apud quẽ. contra vr tenere in l. iudex. ff. de re iudic. hęc refert Pau. in cõ. lxxxvij. circa fi. j. co. Tu dic, vt ipse sensit vbiq;, Aut restitutio fit de directo aduersus sñiam ipsam diffinitiuã, nõ põt: quia functꝰ est officio suo Et ita vr clarè determinare Bart. in l. j. in fi. ff. de quæstio. & in ꝛibus prealle. Aut de bet fieri restitutio circa aliquã interlocutoriã, & circa appenditia, nõ circa principalẽ: & poterit delegatus restituere. Ista fuere de mẽte ipsius Bartoli vbi ē.

a ¶Princeps. Adde ꝙ Bal. ex hoc infert, ꝙ stante constitutione legati, ꝙ appellatio nõ intelligat deserta licet Apostoli nõ fuerint petiti, & legatus à Papa in terra iurisdictionis suæ protulerit sñiam à qua fuit appellatũ: nõ tñ fuerint apostoli petiti, ꝙ appellatio dicit deserta: quia constitutio inferioris nõ obstat delegato Principis.

LEX III.

a Duersus. A duersus sñiam vicarij vel delegati principis solus princeps[a] restituit. h. d. Opp. in aũ. de app. & intra quæ tẽ. §. fi. Dicit glo. aliud in appellatione cꝫ in restitutione. Tu dic idẽ. ibi enim appellat ad principẽ: licet alij iudices ab eo deputari super hoc cognoscãt, vt vidiſtis in l. præcipimus. j. de app. Quæro 1 an †ipse iudex delegatus posit de restitutiõe in integrũ cognoscere? Quidam dicũt ꝙ sic: vt l. fi. vbi & apud quẽ. & sic ista lex corrigitur. arg. pro hoc in l. q proprio. §. itẽ quærit. de procu. Breuiter, si quis dẽ restitutio petitur aduersus aliquã interlocutoriã: tunc ipsemet delegatus poterit restituere: vt d. l. fi. j. vbi & apud quẽ si petitur restitutio aduersus diffinitiuam: tũc ipsemet delegatus restituere non posſet: vt hic, nisi sibi specialiter committeretur: vt lege contraria &c.

1 ☞ *Sententia lata contra minorem indefensum, quando & quibus casibus ualeat.*
2 *Sententia lata contra minorẽ, an ualeat si tutor fuit in exordio litis, sed nõ tpe sententiæ.*
3 *Minor an tutor condemnetur quando non defenditur.*
4 *Sententia lata cõtra minorem indefensum in principio litis & in fine sic quãdo ualeat.*
5 *Si tutor uel curator à principio fuit in causa, postea in processu non fuit citatus, sed minor cum alio eius curatore: an sententia ualeat.*
6 *Libellus in quo dicitur, dico sententiam nullam, & si qua est, appello, quòd ualet.*

Vm & minores. Sententia lata aduersus minores[1] indefensos est ipso iure nulla: sed si sunt defensi, est valida: sed possunt restitui. h. d. Oppo. factũ ab adulto nõ habente curatorẽ est validũ: vt l. si curatorẽ. ē. de in integrũ rest. ergo eodẽ modo sentẽtia. Glo. dicit †ꝙ illud est verũ in cõtractibus: secus in iudicijs secundũ oẽs: licet nulla lege caueat. Vide gl. certè tex. in l. acta. §. fi. ff. de re iudi, videt hoc multùm bene cõsiderare. Opp. etiã ꝙ sentẽtia lata cõtra minorẽ valeat. ff. ex qui. cau. in posſeatur. l. apud Iulianũ. §. fi. & l. si minor. de bo. auth. iu. posſ. Sol. Dicit gl. fallit in sñia interlocutoria, vt ibi. hic loquit in diffinitiua. Dicas ꝙ verũ est in sñia interlocutoria de mittendo vel nõ mittendo in posſeſsionẽ: secus in alia interlocutoria, quę proferẽ parte ꝑsente, vt vidiſtis in l. si præſes. j. qũo & qñ iudex.

¶ In re pupilli. Nota q̄ ista lex fuit data ī pūctis dño Soere filio dñi Flo. & ex gl. q̄ hoc no. q̄ appellatione pendēte p̄t peti in integrū, restō. et tenuit Archi. lxxxvij. di. c. irreligiosum & hoc ēt dicebat d. Flo. hic & alle. iij. de app. & facit quia poterit peti in principali cā. arg. l. impera. §. postquā. vt lega. no. cau. And. Barb.

↦ POMATES.

b ¶ Limitationem. Vide Bar. & alios scribentes in l. in prouinciali. §. j. ff. de ope. nouun. & vnū verbum Ro. consi. ccxx. colū. iiij. in vers. iij.

Itē fallit in snia diffinitiua, quæ proferēt in possessione momētanea: vt l. j. j. si p vim vel alio modo. & l. j. si de momē. pos. fue. appel.

Quærit gl. † q̄d si tutor vel curator fuit in exordio litis, sed non interfuit tpe snīæ, an snia valeat. Videt q̄ nō: vt l. si præses. j. qūo & q̄n iud. Glo. determinat cōtrarium, & dicit, Q̄nq̄ tutor, q̄ interfuit ab initio, ex post facto desijt esse morte vel alio casu: tūc snīa lata aduersus minorē est nulla: vt d. l. si præses. Q̄nq̄ tutor adhuc durat, sed adesse noluit: tūc snīa valet: vt l. q̄uis. la j. de adul. Cōtrariū vī dicere gl. in d. l. si præses. vbi dicit q̄ paria sunt, tutorē nō esse vel esse, & nolle assistere. Et dicas sic: Q̄nq̄ tutor est, si q̄dē assistit in toto ꝓcessu, noluit tñ adesse snīæ: tunc snīa valet: vt in hac gl. Ad vnum tñ aduerte q̄d gl. hic dicit † q̄ condemnat minor: intelligas hoc est tutor cōtumax ꝓ minore: vel fortè etiā ipse minor, sed ꝑm ea quę dixi in l. j. j. de sen. Q̄nq̄ tutor noluit adesse in causæ processu: & tunc snīa lata cōtra minorē nulla esset ipso iure, sicut q̄n non haberet tutorē: vt d. l. si præses. & q̄d ibi no. Et ideo contra tutorem nolentē venire ad ꝓsequendū causam, proditū est remediū q̄d habuistis in l. eū qui res. §. de procu. Ex prædictis habes vnū casum, q̄n minor fuit defensus ab initio, nō in fine: quid iuris sit.

Quęro † q̄d si minor nō sit defensus ab initio, licet in fi. sic. Certè snīa est nulla: quia legitimè nō fuit inchoata cū sua persona: vt l. momentaneæ. j. qui legi. perso. & vide gl. Et sed̄m hæc habes secūdū casum. Tertiò casu q̄n minor nō fuit defensus nec̄ ab initio neque in processu: iste casus est indubitabilis, vt hic. Iuxta prædicta gl. quærit de q̄ne notabili, † q̄d si ab initio tutor fuit in causa: postea in processu nō fuit, nec fuit citatus, sed fuit citatus minor cū alio eius curatore fortè ad illā litē: an valebit snīa? Glo. vī dicere q̄ sic: vt l. si minor. ff. de bo. autho. iudic. pos. vbi minor habēs curatorē potest venire cū alio defensore. Doc. nō examinant istud plenè. Breuiter fateor q̄ si tutor inchoauit instātiā, minor ipse cū alio legitimo administratore pōt ꝓsequi: q̄a ipse habet vtile ius instātiæ: ideo si ipse citatus voluit cōparere, optimè potuit, & valebit ꝓcessus: sed si ipse noluit cōparere, ꝓcessus factus cōtra eū nonvalet: q̄a non potuit ipse inuitus citari ad illam instantiā: vt l. ꝓcuratoribus. §. de ꝓcu. & ibi dixi vobis: & ita consueuit dicere do. Lābertinus de Ramponibus. q̄d intelligitur q̄n ab initio solus tutor inchoauit cām: secus si ichoauit pupillus aut horitate tutoris: q̄a tūc ista gl. ꝑcederet simplr: vt l. j. §. sufficit de admi. tut. Quæro vltimò q̄a fuit facta mētio de snīa nulla, & ea q̄ rescinditur per restōnem, † q̄d si in libello dicat, dico snīam nullā, & si qua est appellatio, an valeat. Dico q̄ sic: vt c. auditis extra, de restō. in inte. Dixi in l. j. q̄n. quo. non est necē. &c.

1 ¶ Restitutio aduersus sententiam latam contra administratorem minoris quando detur minori.

2 Restitutio in integrum quando competat, ubi habeat locum aliud remedium, puta appellatio.

3 Remedium extraordinarium quando plenius per ipsum, succurritur, concurrit cum ordinario.

4 Minori an currat tempus ad appellandum.

a IN rem pupilli. Clarissima est. Breuiter dicit. Eodē modo restituitur minor aduersus snīam latam cōtra eius administratore, sicut cōtra seipsum. h. d. Opp. de l. ait prætor. in prin. ff. de min. vbi datur † restō de eo q̄d gestū est cū minore: sed hic non est gestū cū minore ergo &c. R̄ndeo: imò cū ipso minore est gestū, q̄n geritur cū eius tutore vel curatore. & ꝓbat̄ in hac l. iij. §. Simile videbitis in l. iij. §. si ꝓcurator. ff. q̄d quisq̄ iuris. Sed si dicis, istud nō est verū proprię: sed ipropriè: vt l. j. §. deiecisse. j. de vi & vi arma. Ego r̄ndeo q̄ imò ꝓpriè gerit cū minore: q̄a iste est actus licitus, & sic à tutore vel curatore necessario. In necessario vī fieri rectè cū ipso pupillo: sicut dicimus de eo q̄ percutit aliquē cum pila vel sagitta: quia verè percutit cū illa pila vel sagitta, necessariò agat: vt l. item Mela. in prin. & §. j. ff. ad le. Aqui. Dixi anno plenè in l. sed & si vnius. §. seruus. ff. de iniu. Opp. de l. si creditor. §. si tut, vel cura. interue. So. Aliud q̄n quis cōtrahit cū tutore contēplatione ipsius: aliud q̄n contra eum simplr datur snīa: quia tūc sententia mandareē executioni cōtra pupillū: vt l. iiij. in prin. & §. j. ff. de re iud. & l. Plautius. ff. de procu. meritò hic minor restituit. Item

2 opp. † restō in integrū non habet locū, vbi cōpetit aliud auxiliū: vt l. in cautę. la ij. ff. de min. Sed ille, qui succūbit, habet remediū appellationis de iure cōi: ergo vī q̄ de necessitate restōnē nō habeat. Dicūt quidā q̄ hic loquitur q̄n erant elapsa tempora appellationis. Quòd an sit verū examinabitur incontinenti, tñ quātū ad ꝓpositū glo. sol. alio modo: quia restō tribuit plus quā tribuat appellatio: nam ꝓ appellationē quis habet necesse adire maiorē iudicē: q̄d non habet necesse per restōnem. Præterea, ꝓ appellationē non posset quis restitui ad exceptionē dilatoriam: vt l. ita demū. §. de ꝓcu. sed ꝓ restitutionē sic: vt l. minor xxv. annis omis sam. ff. de mino. Præterea, hoc ꝓbatur in l. j. §. si sæpius, in integ.

3 rest. postu. Nota ergo † ex ista gl. vnā limitationem b bonā & b notabilem, q̄ illud q̄d dicitur, q̄ extraordinariū auxiliū nō concurrit cū ordinario, est verū, nisi extraordinarium sit magis plenum. Tene menti totam istam glo. Ad illud aūt q̄d dicitur q̄ tēpora appellationis non currunt minori: opp. j. in qui. cau. ī inte.

4 rest. non est necē. l. fi. Dicunt q̄dam, † fateor q̄ hodie tps appellandi non currit minori, ꝓ illam legem. Alij dicunt contrariū, q̄ fauore iudiciorum ista tępora currant minori. Simile j. de iudi. l. pperandum. §. fi. Habuistis no. in l. vlt. §. si tu. vel cura. interue. & in hoc residet gl. Contra gl. videtur tex. in l. si præses. j. qūo & quando iud. Præterea videtur ratio. ideo enim in l. ppe. in fi. curit tps instantiæ, quia parat modicum præiudicium, cū actio firma remaneat: vt no. in d. l. vlt. §. i tutorvel cur. interue. sed tempus appellationis non solū aufert instantiā, sed etiā aufert totā cām. Quid dicemus? Breuiter, possumus sic dicere: Si minor non habet tutorem, tempora appellationis non currūt: vt d. l. si præses. j. quomodo & q̄n iud. sicut nō currūt absenti nec ignorāti: q̄a ista computanē à tpe sciētiæ: vt vidistis in l. ab eo. j. qūo & q̄n iud. sed si habet defensorē, & nō appellat, seu non ꝓsequit: tunc currunt ista tempora. Ita loquitur ista glo. Sed † si dicas q̄ ꝓ lapsum istorū temporum admittatur cā: concedo tamen fauor iudicij requirit vt ista tempora labant, licet possit restitui: vt in aut. de hæred. & fal. §. pupillus. Contra hoc tñ facit gl. quæ est in d. l. si præses quo modo & q̄n iud. sed illam pōt intelligere, q̄d contra minorē indefensum non poteſt ferri snīa à iudice, vt dixi. §. l. proxi. sed lapsus instantiæ à iure sic. Vide gl. tuam & nota, & eam perpetuò tene menti, &c.

Si aduersus uenditionem. *Rubrica.*

LEX I.

tur. s. habere domicilium & ista est bona. Alij
intelligũt hoc de vagabũdo, qui põt vbicũcp
cõuenirí. vide gl. istã quã no. Et sic nota † cp
vagabundus põt cõueniri vbilibet. Idẽ no.
j. proxi. & de iud. l. hæres absens. §. proinde.
sed qs sit vagabundus, † gl. tangit in l. eius q
§. fi. ad mun. et per Dy. melior est gl. in l. iiij.
§. ptor. de dam. infec. vbi vagabũdus dici-
tur, qui propriam habitationem non habet.
Venio ad l. seq. &c.

LEX II

Ciens. Dicit hic. Vbi degit,
cãm cognoscet. qđ est
hoc dictũ, vbi degit? Gl. dicit, vbi
habet domicilium. Vel dic de vaga-
bundo. Certè scd'm hoc nihil adderet ad le
gem pcedentẽ. Dic ergo, vbi degit. i. cõuer
satur: vt scholaris in scholis, qui non habet
domicilium. facit j. vbi scñ. vel cla. l. ij. Et hoc
tenet Inn. & dicam vobis ibi. Ex hoc ha
bes cp Florentini, & alij, qui stant in ciuita-
te ista, licet non habeant hic domicilium: tñ
propter multã conuersationem quã habẽt,
possent hic conueniri, qđ est valde notãdũ
& idem de scholari. qđ tene menti.

1 *Quæ priuilegia tollantur ex dispositione huius legis.*
2 *Rescriptum non potest impetrari extra prouinciam, nisi data negligentia iudicis prouinciæ, uel si potentiam ad uersarij perhorrescat. nu. 3.*
4 *Si conuenitur mandatarius de delicto, habet dilationem ad denunciandum domino: & propter quid datur.*
5 *Procurator etiam in ciuilibus habet dilationem ad denunciandum domino, ut possit instrui de suis defensionibus.*
6 *Quando quis conuenitur, semper habet dilationem ad denunciandum ei, ad quem negotium principaliter spectat, ut possit uti eius defensionibus.*
7 *Fideiussori datur dilatio, ut denunciet domino, ut ab eo instruatur.*
8 *Laboratores, conductores, & emptores, & simules habent dilationem ad denunciandum domino, ut instruatur ad defensionem.*
9 *Casus, in quo lite non contestata proceditur.*
10 *Sententia lata contra conductorem, quando possit exequi contra dominum absentem.*

ferabiles. Ita do. Ma
ria. Soci. de foro cõp.
in c. ex tenore.

¶ Quæstiones. De
materia huius tit. vi
de per Ang. de Aret.
in tract. malefi. i ver.
existens Florẽtiæ. &
Bar. in l. si cui. §. fi. in
fi. de accu.

✠ P. PAV. P.
¶ Criminis. Vide cir
ca istam materiã re-
missionis, quid si iu-
dex domicilij ita cœ-
pisset cognoscere: &
quid si iam lata esset
sniã: an iudex loci de
licti possit postea pe
tere remissionem. Et
alia in materia, vide
Alex. in l. à diuo Pio
§. sniam Romę dictã
in j. charta, & seq. ff.
de re iudi. post alios
ibi. & etiam ibi addi
di ad eũ. An autem si
quis committat deli
ctum in aliquo loco
postea mutet domi-
cilium in alio loco pos
sit conueniri in loco
nouj domicilij, & pu
niri pro delicto alibi
cõmisso, vide Barb.
in c. ex communica-
tus. in ij. col. de offic.
delega. De materia
remissionis in crimi
nalibus, vide Fel. in
c. fi. charta ij. de foro
compe. in ciuili. vide
ibi in pen. charta.

¶ Similiũ causarũ.
Adde tu & vide Al-
re. in c. si diligẽti. col.
ij. de foro compet.

¶ Propter ignoran-
tiã. Et qñ error litigã
tium ẽpediat prorо-
gationem iurisdictio
nis, adde & vide ple
nè per do. Mari. Soc.
in c. significasti. arg.
vj. q. ij. de foro cõpe.

✠ P. PAV. P.
¶ Qua in prouincia.
Circa istud qđ dici-
tur in isto textu, cp si
quis haberet priuile
gium ne conueniret
nisi certo loco, si ali-
bi delinquat, cp pos-
sit alibi conueniri in
loco delicti, non ob-
stante priuilegio. Vi
de Iaf. post alios in l.
fi. ff. de consti. princi
pum. in ix. col. ad fi-
nem. Et pondera tex
tum notab. in c. j. de
priuile. in vj. Et vide
etiam Abba. in c. fin.
in vj. & vij. col. ex-
tra, de foro compet.

f Va in prouincia: [f] Primò ponit vnũ dictũ,
vbi quis debeat conueni
ri: qđ erat de iure antiquo. Scd'ò ponit quædã singularia
quæ

quæ inducunt per hanc aut. Tertiò excipit à prædictis. Secũda
ibi: si ergo. Tertia ibi: excipit. Habes in hac l. quædã singularia.
Primò in ver. si ergo habes singulare illud, qđ dicit: omni priui-
legio cessante. In ỹ. eo aũt absente habes tria singularia. Primò,
cp datur dilatio ad denũciandũ dño. Secundò cp dñs ipse absens
condemnabitur lite non cõtestata. Tertiò, cp condemnato pcu-
ratore fit satisfactio de rebus dñi, si procurator non est soluẽdo.
In ver. sed si nec ipse habes aliud singulare: quia qs condemna-
bitur lite non contestata. Opp. cp ista lex ponat superfluum in
seipsa. nã primò dicit, deliquit postea dicit, criminũ glo. exponit
cp primò intelligatur deliquit: ita cp cõueniat ciuiliter. postea dũ
dicit, criminũ: intelligitur criminaliter. Vel dic, primò loquit qñ
deliquit sine animo, postea cũ animo. Ita dicit gl. vel dicas cp pri-
mò in eo qđ dicit, deliquit: loquitur qñ quis conuenitur in loco
delicti. Secundò, cũ dicit, criminum, reus: loquit qñ quis cõuenit
in loco domicilij, vel alio loco permisso: vt l. j. & ij. huius titu.

Oppo. secundò, & videtur cp hæc lex sit superflua: quoniam
hoc erat de iure antiquo. Solu. dico cp non erat ita expresè dictũ
de iure antiquo. Præterea: hic multa specialia additur speciali
ter, illud qđ dicit, omni priuilegio cessante. Sed cõtra hoc op-
po. de l. j. §. tit. j. & §. de epis. & cle. aut. clericus. & aut. causa. vbi
quis habet priuilegia, per quæ recusat iudicem. Quidam dicũt:
† bene tollitur priuilegiũ fori, sed nõ priuilegiũ sui iudicis: quasi
dicat, forũ ciuitatis Perusij, vbi qs deliquit, declinare nõ potest.
Sed tñ debet cõueniri corã suo iudice: hoc est, clericus corã epo:
scholaris corã suo iudice: & similia. Vel dic verius, cp ista ver-
ba, omni priuilegio debẽt intelligi de priuilegio in corpore iuris
non incluso. Priuilegia enim inclusa in corpore iuris, nõ tollunt
ex verbis istius aut. qđ est notandum. Simile no. in l. ij. §. legatis.
ff. de iud. & l. hæres absens. in prin. ff. de iud. qđ tene mẽti. Itẽ
opp. ad primũ, & ad idẽ, & videtur cp quis possit trahi extra pro-
uinciã per rescriptum, vt §. de dila. l. si quando. & aut. quòd fieri.
Sol. Hic tollit priuilegiũ reo, si aliquod priuilegiũ allegaret, pro-
pter qđ non conueniatur in sua prouincia: sed in lege contraria
concedit actori impetrare rescriptum extra prouinciam. Contra
hoc opp. de l. in criminali. §. ti. ij. vbi innuit etiam reum ad iudicẽ
impetrare rescriptum extra puinciam. Sol. Dicunt quidam, qđ
illa corrigitur per istam. Tu dic cp non corrigitur. fateor enim cp
reus potest impetrare rescriptum ad iudicem extra prouinciam:
tamen si præueniretur, quia prius esset conuentus coram iudice
suæ prouinciæ, non posset vti exceptione aliqua ex vigore illius
rescripti, ppter verba huius aut. Sed si prius traheretur actor ad
iudicium corã iudice delegato, procederet iudicium, nec posset
postea conueniri coram iudice prouinciæ, obstante exceptione
præuentionis, quæ est inserta in corpore iuris: vt l. vbi acceptum.
ff. de iud. nec esset tũc ppriè exceptio, ex vigore impetrati rescri-
pti, seu priuilegij. hodie tamẽ † est hoc expeditũ, cp nec actor, nec
reus põt impetrare rescriptũ extra puinciã: nisi ppter negligen-
tiam iudicis prouinciæ: vt in aut. vt diffe. iu. §. j. † Itẽ qñ aduer-
sarij potentiam perhorresceret: vt §. tít. j. l. j. in fi. & istud est hodie
expressum extra, de rescri. c. statutum. §. cũ vero. lib. vj. vbi vtitur
expresse verbis l. j. in fi. præcedentis tit. Venio ad ver. eo autẽ
absente. Primò quęro de intellectu huius ver. Antiqui posue
runt casum vt habetis in prin. gl. quã casus positionẽ gl. reprehẽ-
dit, & bene. Secunda, casus positio est in eo, qui aliquẽ deiecit
de possessione, aliquo mandante: vt si de hoc accusaretur, vel cõ
ueniatur, habet dilationem ad denunciandũ domino. & proce-
datur scd'm formam huius aut. Vide istam gl. & no. scd'm istam
casus positionem, † cp si conuenitur mandatarius de delicto, ha-
bet dilationem ad denunciandum domino: & ista dilatio nõ da
tur, vt ex hoc liberetur conuentus, sed datur vt conuentus à do-
mino possit instrui de suis defensionibus. arg. extra, de procura.
c. constitutis. qđ est notandum. Et scd'm hæc intelliges istã aut.
quòd conueniebatur de isto crimine ciuiliter, & illo casu quo
vnius satisfactio liberat alium, aliàs pro derelicto procuratoris
non fieret executio in dominum, cùm vnusquisque ppria & se-
parata obligatione teneatur, vt j. dicam. Potest tamen esse casus,
in quo iste mandatarius excusabitur propter mandatum, secun
dum ea quæ no. in l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & dixi plenè
in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. Tertiò modo ponitur
casus in eo, qui contraxit te mandante: vt in gloss. & secundùm
hanc debes exponere, ex cuius domo iniquum quid patior: quia
non obseruant contenta in contractu. No.
5 istam casus positionem, quòd etiam † in cõ- a
tractibus procurator debet habere dilatio-
nem ad denunciandum domino, vt possit
de suis defensionibus instrui vt dicto c. cõ- b
stitutis. Quartò modo ponitur casus in
eo, cui data fuit pecunia contemplatione
vtriusque: vt suprà, si tutor vel cura. inter-
ue. l. si creditor. & l. si pupilli. §. j. ff. de nego.
6 gest. Ex quo nota cp quis † debet habere
dilationem ad denunciandum ei, ad quem negotium principali
ter spectat, licet non conueniatur vt procurator, nec vt fideiussor:
vel debet habere dilationem ad denunciandum socio suo, cuius
æqualiter interest. Et semper intelligas qđ illa dilatio fiat, vt pos
sit instrui de defensionibus suis, vt infrà dicam. Quintò mo-
do ponit casum Ioan. in fideiussore de iudicio sisti, qui debet ha
bere dilationem ad denunciandum domino. Ex quo etiam no-
7 ta † cp fideiussori datur dilatio, vt denunciet domino, vt sic ab eo
possit de defensionibus suis instrui. Facit ad hoc l. idemcp. §. gña
liter. ff. man. Aduerte, omnes istæ positiones possunt sustineri, vt
vidistis, & notabiles sunt: tamen non congruunt literæ in corpo
re, quæ dicit, siue procurator, siue conductor, siue quicunq; sit
alius. Et ideo Vltramontani ponunt casum, & bene: si dominus
erat absens, & dimisit procuratorem, siue castaldionem, siue la-
borantem, vel conductorem suum, vel emptorem fructuum: &
ille informatus à domino suo icidit arborem in possessione, quã
alius dicebat suam esse: certè si talis accusatur, vel ciuiliter con-
uenitur, debet habere dilationem ad denunciandum domino: vt
sic ab eo de suis defensionibus instrui possit: qui si venerit, vel
non venerit, pcedereturvt litera iacet. Nota ergo ex ista lectura
8 cp † laboratores, conductores, & emptores, & omnes similes de-
bent habere dilationem ad denunciandum domino, vel ad de-
nunciandum eorũ actori, vt possint instrui de defensionibus. Et
hoc dico ad differentiam illius dilationis, quæ datur ad denun-
ciandum domino, vt j. vbi in rem actio. l. ij. per quam dilationem
liberatur reus ab instantia iudicij: vt ibi vidistis. Oppo. hic in-
nuit cp perueniatur ad diffinitiuam sententiam lite non contest.
contra in l. fi. §. illud. de tempo. appella. Solu. Specialis est casus,
9 † in quo lite non contestata proceditur: quia lis videtur quasi cõ
testata per istam dilationem, quæ datur ad denunciandũ domi-
no: vt videbitis in d. l. ij. vbi in rem act. Oppon. res inter alios
acta, alijs non præiudicat: vt j. res inter alios acta. in rubro & ni-
gro. & j. quí. res iudi. nõ nocet. per totum. Sed hic dicitur qđ lata
sententia contra castaldionẽ cõductorem, & similes, si non sunt
soluendo, satisfiet de rebus domini: quare malè gloss. dicit, cp hic
tex. debet intelligi, quando sniã est lata contra ipsum dominum
absentem: non aũt qñ est sententia lata in conductorem, & simi-
les: fiet executio in bonis domini. Vide gl. super ver. non fit. Glo.
in l. venditor. ff. de iud. videt velle cp ex sniã contra præsentẽ fiet
executio in absentem. Idem videtur tex. in l. si procuratorem. §.
si ignoranter. ff. manda. tex. hic clarius videtur dicere cp in subsi-
dium non existente soluendo conductore, vel simili, fiet execu-
10 tio in bonis domini, dico sic: † Quando aliquis præponit aliquẽ
certo ponderi, vel facit eum vsufructuarium: videtur eum face-
re procuratorem ad omnia incumbentia illi ponderi: vt l. secun-
da. ff. de oper. no. nun. & vsufru. quemadmo. ca. l. prima. in fin. &
lege seq. per hoc tamen generale mandatum non videtur man-
datum delictum: vt l. si procurator. de condictio. indeb. vnde
ex delicto talis procuratoris, nullo modo in dominum debet fie
ri executio. Sed si nos poneremus à domino esse mandatum ex-
presse: vt quia lacauit possessionẽ cum talibus finibus: & sic cõ-
prehendebat aliena: tunc si quidem procurator fuisset conuen-
tus criminaliter ex suo delicto, & fuisset condemnatus, non satis
fieret de bonis domini: quia procurator soluendo dominum nõ
liberaret: vt l. si quis id quòd. §. fin. cum lege sequen. de iurisd.
dict. om. iudi. & l. prima. de cõdic. fur. Sed si cõueniretur ciuili-
ter ad interesse, quo casu solutio procuratoris liberat dominum:
vt d. l. j. de condic. furti. tunc ipsemet procurator posset satisface
re de bonis domini, vt in illis possit fieri executio procuratore
hoc volente, vt dicto. §. si ignoranter. & hoc negotium absentis
vtiliter fit, argu. §. de episco. & cleri. authen. si captiui. & dixi vo-
bis in l. ea. §. Cato. de verborum obligat. Vltimò quærit gloss.

quot ſpecialia inducantur per hanc authē. dixi vobis ſuprà in principio legis.

Vbi de poſſeſsione agi &c. Rubri.

LEX vnica.

VBi autem. Vbi eſt facta vis, & vbi eſt poſſeſsio, ibi pōt agi de poſſeſsione. h. d. Vide gl. facit hæc lex ad quæſtionē, ſi exiſtens in territorio Peruſij, percutit aliquē cum ſagitta in territorio Aſiſij: quo loco poſſit conueniri[a]. De hoc dic vt dixi in l. libellorum. ff. de accuſa.

Vbi fideicom. peti oporteat. Rub.

LEX vnica.

FIdeicōmiſſum. De materia iſtius legis dic plenè vt no. in l. qd legatur. ff. de iud. Vltimò aduerte ad gl. quæ eſt ſuper ver. relicta eſt &c. quæ dicit, vt ſit tertiū adiacēs. Dy. dicit, i. verbū tertiæ perſonæ nullam determinationem habens.

Vbi conueniatur, qui certo loco dare promiſit. Rubrica.

☞ *Actio arbitraria quæ dicatur.*
Vtrum omnis actio ſtricti iuris dicatur arbitraria propter electionem loci.
Si contractus celebratur Florentiæ, & ſolutio deſtinatur Mediolani: an Florentiæ, & ſic in loco contractus quis conueniatur.

LEX vnica.

QVi certo loco. In actionibus arbitrarijs, propter adiectionem loci, habetur ratio intereſſe vtriuſque partis. h. d. †Quæro, quę dicatur actio arbitraria. Dico q actio arbitraria eſt, in qua exercetur officium iudicis mercenarium, actioni deſeruiens, propter aliquod incidēs intrinſecus. Hoc dico, vt cognoſcatis i quo differat ab actionibus bonę fidei, in quibus deſeruit officium iudicis mercenarium, ſecundùm naturam actionis propoſitę. Nam ex natura actionis propoſitę bonæ fidei, veniunt vſuræ, venit intereſſe, iuratur in litē, & ſimilia. ſed in actione ſtricti iuris, ſecundum naturam actionis propoſitæ, hoc non poteſt fieri; ſed æquitas ſuggerit propter adiectionem loci, vt iudex habeat rationem interesſe vtriuſque. Ideo propter hanc adiectionem hæc actio dicitur etiam aliis modis arbitraria: vt Inſtitu. de act. §. præterea. †Quærit gloſſ. vtrum poſſit conueniri in quolibet loco. Dicit gloſſ. quòd ſic, ſcilicet in loco idoneo.

Item quærit, vtrum omnis actio ſtricti iuris ſit arbitraria propter adiectionem loci. Et dicit q non, niſi in quatuor caſibus, ſci licet in conſtituta pecunia, ex ſtipulatu, ex mutuo, ex teſtamento. Dominus Nico. de Mat. diſputauit contrarium in quolibet iſtorum. Dicemus in materia de eo quòd certo loco anno futuro. Quærit gloſſ. †ego exiſtens Peruſij promiſi me daturum centum Florentiæ. non eſt dubium quòd Florentiæ poſsim conueniri, vbi eſt ſolutio facienda: vt lege contraxiſſe. ff. de actio. & obliga. Sed an poſsim conueniri hic, vbi verba fuerunt celebrata. Gloſſ. tangit hic, & lege. v. §. Iulianus. ff. de conſtitutio. pecu. lege prima. de bono. autho. iudic. poſſeſsio. & ibi dixi. Tex. videtur in lege. quæro. ff. de ſolu. ſecundùm Petrum & ibi dixi.

Vbi in rem actio exerceri debeat. Rubrica.

☞ *Venditor ſi uult emptorem defendere, an poſſit iudicium ſuſcipere inuito actore.*
Venditor poteſt ſuſcipere iudicium, ut ſimplex defenſor, non tamen animo nouandi.
Stante ſtatuto, quod inter conſanguineos fiat compromiſſum, ſi unus ex fratribus qui uendidit, comparet pro defenſione contra alium fratrem uendicantem, an ſtatutum habebit locum.
Per compromiſſum quòd ſit in arbitratorem, non fit mutatio iuriſdictionis.
Arbitramentum eſt quædam tranſactio.
Qui de neceſsitate alium defendit, poteſt ex ſua perſona exceptiones, & beneficia deducere.

IN rem actio. Actio in rem daſ cōtra poſſidentē: & ex perſona actoris nō fit mutatio iudicis. hoc dicit iſta nota. l. No. tex. ibi in fi. nec enim iuriſdictionis &c. Ad illud quòd j. dicā. Circa hanc l. quærit gl. †quid ſi venditor vult defendere emptorem, & pro eo ſuſcipere iudicium inuito actore, an poteſt. Glo. determinat hic q ſic: tamē in foro emptionis, non ipſius venditoris: vt l. venditor. ff. de iudic. facit de peti. hære. l. ſed & ſi. §. item ſi rem. in fi. & verum dicit tamen in hoc eſt dubium, ſi inuito actore poteſt ſuſcipere iudiciū animo nouandi: vt ſic emptor vlterius non teneatur. Gloſ. videt tenere q ſic in l. liberto. §. fi. de neg. geſt. & malè dicit, ſecundùm Modernos hic, per l. ſi mandato. §. j. ff. manda. Doct. tangūt hic: Ego plenè dixi in l. ſolutionem. ff. de ſolu. Tanquam ergo † ſimplex defenſor poteſt ſuſcipere iudiciū: non tamen animo nouādi. Vltimò hic videtur caſus illius q. [b] quam diſputaui. dicit ſtatutum † q cauſæ quæ vertuntur inter conſanguineos, committantur in arbitratores. Contingit q frater meus vēdicauit ab eo, cui vendidi poſſeſsionem. ego iui ad defendendum illū cui vēdideram, & defenſione ſuſcepta petij cauſam cōpromitti, tan quam vertentem inter conſanguineos aliàs coniunctos: quæritur an poſſum. q non debeat compromitti videtur caſus hic, & in l. venditor. ff. de iudicijs. Contrarium determinaui per hāc rationem: quia † per compromiſſum, qd fit in arbitratorem, non fit mutatio iudicis, vel iuriſdictionis: imò prima cauſa deciditur coram iudice. Cū enim arbitramentum † ſit quædam tranſactio: vt in auſ. ſi verò contigerit ſ. de iud. & ibi dixi. & in corpore vt diſſe. iud. §. j. & ibi gl. quando peto compromitti, idem eſt dicere, quòd peto q tranſigamus ſcd'm arbitrium talis. & ſic non eſt mutatio iuriſdictionis: ſed eſt quoddam beneficium competens partibus & per hoc hæc lex nihil facit ad propoſitum. Tamē ad determinationem cōnis ille, qui de † neceſsitate defendit alium, pōt defenſiones, excē. & beneficia, ex ſua perſona in iudiciū deducere: vt l. idemq. §. genera. ff. man. & ibi tex. & gl. l. procurator ad. exhi. §. j. & ibi dixi. rem ra. habe. ergo iſte poterit ex ſua perſona iſtam defenſionem in iudicium deducere &c.

Poſſidens alicno nomine poteſt dominum in iudicio nominare.
Reuerſus quando agat de proprietate, quando aliquis fuit in poſſeſsione ſuorum bonorum.
Denunciatio facta domino, quando habeat uim quaſi litis conteſtationis.
Quaſi quoddam prælium, quid ſit.
Ex diſpoſitione huius legis inducitur poſſidenti quædam exceptio declinatoria.
Diſpoſitio huius legis, in quo poſſeſſore habeat locum, ut poſſit dominum in iudicio nominare.
Poſſidens ciuiliter, nominatus in dominum in iudicio, poteſt conueniri rei uēdicatione.
Nominare dominum in iudicio, quòd poſſit poſſidens rem mobilem. & nu. 11.
Nominatio an poſſit fieri in iuribus incorporalibus.
Nominatio an habeat locum in iudicio poſſeſſorio.
Conuentus in actione miſta, utputa in petitione hæreditatis, quando poſſit dominum in iudicio nominare.
Conuentus actione perſonali, an poſſit dominum in iudicio nominare.
Nominatio quòd debeat fieri ante litem conteſtatam.
Nominans dominum in iudicio, an debeat probare ſe poſſidere nomine alieno.
Si poſſidēs nomine alieno cōuenitur, ſi nō nominet dīm in iudicio an teneat proceſſus.
Sententia lata cōtra, colonum, uel alium, alieno nomine poſſidentem an noceat domino.
Per iudicem denunciandum eſt domino.
Domino comparente datur nouus libellus.
Nominans debet poſſeſsionem in nominatum transferre.

LEX II.

SI quis alterius. 'Iſta eſt ſingularis lex: & non eſt alibi in corpore iuris ciuilis. Breuiter dicit: Alieno nomine † poſsidens conuētus pōt dīm in iudicio noīare[a] & ei ſunt dādæ inducīæ ad denūciandū dño, & habet vim q̄ſi cōteſtatiōis quo ad iterrūpendum

dum præſcriptionem, & vt reuerſus dominus de poſſeſsione nō audiatur. hoc dicit. Dicitur hic q † reuerſus auditur de proprietate tantū. Contra: imò de poſſeſsione: vt l. ſi quis emptionis. §. pen. j. de præſcri. xxx. anno. Sol. Quandoq miſsio in poſſeſsionem fit ante litis conteſtationem: & tunc auditur de poſſeſsione & proprietate: vt lege contraria. Quandoq miſsio in poſſeſsionem fit poſt litem conteſtatam, vel quaſi: & tunc non audiē de poſſeſsione, ſed de proprietate. hic eſt caſus hic. Quandoq miſsio in poſſeſsionem fit poſt diffinitiuam ſnīam: & tunc non audiē, nec de proprietate, nec de poſſeſsione: vt l. perandū. §. ſinautem reus. ſ. de iud. j. quomodo & qñ iud. l. conſentaneū. & ibi vidiſtis. Quæro, vnde inducatur iſta quaſi conteſtatio, de qua fit hic mentio.

Tex. dicit † q hæc denūciatio facta domino habet vim quaſi cōteſtationis. Ad qd intelligendū aduerte, vt dixi tibi in l. j. de lite. conte. iſtud qd dicimus de iſta litis conteſtatione ciuili, pcedit quaſi ad exemplum prælij corporalis: vt vidiſtis. Quandoq in prælio † corporali, illi, qui tenēt vnam arcem, vel vnū fortalicīū, dicunt volo denūciare dño pro quo hic ſum: & niſi mihi ſuccurrerit intra tantū tempus, ego cedam tibi qui facis exercitū cōtra me. Iſtud eſt quaſi quoddam prælium: ita hic iſte tenēs rem alieno nomine, nominans dominum in iudicio expectat ab eo ſubſidium, quo veniente litigatur: eo non veniente cedit. Et ſic † ex hac lege inducitur poſſidenti alieno noīe quędam exceptio declinatoria, vt non cogatur ſubire iudiciū, ſi eius dñs veniat, ipſe litigabit, & contra eum dabitur libellus: vt ibi actoris intētiones excipiat: ſi verò non veniet, ipſe erit citandus, & cōſtituēdus in contumacia: vt ibi: edictis legitimis citare curabit: & ſic iſte poſſidens non inquietabitur vlterius. Et in hoc differt iſta denūciatio, quæ hic fit, ab ea, quæ ponitur in auſ. qua in prouincia. ſ. vbi de cri. agi. nam illa denunciatio fit, vt conuentus poſsit iſtrui defenſionibus ſuis: nō vt per hoc à iudicio liberetur: vt vidiſtis ibi.

Quæro, dicitur hic q quis alieno nomine poſsidens: de † quo loquitur iſta lex. Dicunt quidam de eo qui nō habet ius in re, vt commodatarius, colonus, vel inquilinus. Item i eo qui habet ius in re, vt feudatarius, emphyteuta, & ſimiles. & hoc propter generalitatem huius legis. Alij dicunt contra. nam illi, qui non habēt ius in re, poſsident nomine ſuo, non nomine alieno: ideo dominum non nominant in iudicio. & iſta opinio communiter tenet.

Et mihi videtur qd debemus ſic dicere[a]. Aut iſte, qui habet ius in re, conuenitur ſolū reſpectu poſſeſsionis: vt quia emphyteuta cōuenitur ab alio dicente ſe potiorē emphyteutam eſſe: tūc vera ſit iſta opinio, qd non poſsit dominum in iudicio nominare: qa ei non præiudicatur. Si verò conuenitur reſpectu dominij directi: & ſic reſpectu iuris, qd eſt apud alium, debet nominare dominum in iudicio: & liberabitur à iudicio, reſpectu illius dominij, quatenus illud iudicium non repugnat iuri ipſius emphyteutæ. Poteſt enim dicere emphyteuta, nō curo quis ſit dñs directò nec hoc volo defendere: ſed dico me eſſe emphyteutā. ſed quatenus ius, vel petitio actoris repugnaret iuri ſuīpſius emphyteutæ, haberet emphyteuta neceſſe ſe defendere: nec poſſet dominū nominare, quantū ad declinandum iudicium: ſed bene poſſet eū nominare, vt poſsit ab eo de ſuis defenſionibus informari: vt vidiſtis in auſ. qua in prouincia. Iuxta hoc quæro: † pone quòd nominaret in iudicio dominum, qui poſsidet ciuiliter tantū: an iſte tantū ciuiliter poſsidens poſsit conueniri rei vendicatione. Opi. ponuntur hic in gl. finaliter gl. tenet qd ſic. ff. de rei ven. ſup rub. in l. Pomponius. §. ſi is qui pcario. ff. de acq. poſ. & ibi plenè dixi. Et eſt tex. in l. cuiuſcūq. §. j. ff. de vſufr. Procedo vlterius: dicitur hic, alieno nomine poſsidens rem immobilem. Quæro, † quid ſi poſsideat rem mobilem. Glo. dicit q nō poteſt dīm nominare in iudicio vigore huius l. ſed res debet deponi ſi eſt perſona ſuſpecta: vt l. ſi fideiuſſor. §. fi. q ſatiſdare cogantur. Sed hodie poſſet dīm nominare, per auſ. qua in prouincia. ita dicit glo. Certè auſ. illa nihil facit: qa ibi loquitur de nominatione, quę fit, vt poſsit inſtrui de defenſione cauſæ: non aūt ad declinandū iudicium. Inn. extra, vt lite non conteſtata. ca. quoniā frequenter. circa fi. tenet idē indiſtinctè, q poſſeſſor rei mobilis poſsit dīm nominare in iudicio, & pro certo nos de hoc non habemus legē expreſſam: tamen ex identitate rationis poſſumus beneficiū huius legis ad poſſeſſores rei mobilis extendere, cum eadem ſit ratio, nec per hoc introducatur alicuius legis correctio. Quæro extra glo. vtrum † in iuribus incorporalibus liceat dominum in iudicio nominare. Inn. tenet q ſic, p c. inter. & de ma. & obed. not. ipſe in d. c. quoniam frequenter. Iſta enim iura incorporalia habentur pro rebus immobilibus, & maximè quando immobilibus adhærent: vt l. ſi aliena. §. j. ff. de vſuc. cōmu. præ. l. j. Quæro extra gl. † nunquid in poſſeſſorio poſsit quis dominum nominare in iudicio. videtur quòd non: quia tex. loquitur de conuento act. in rem Gul. de Cu. tenet hoc idem in conuento poſſeſſorio, per auſ. qua in prouincia. ſed illa nihil facit vt dixit gloſſ. Decre. tenet contra. xij. quæſt. ij. c. quicunque. Glo. noſtra videtur velle quòd in poſſeſſorio habeat locum beneficium huius legis vt l. locum. §. j. ff. de tabu. exhibē. quæ gloſſ. etiam † innuit, q in re mobili habeat locum hæc lex, quòd ſatis placet propter identitatē rationis, cum ex hoc, vt dixi, non intro ducatur l. correctio. Non obſt. c. quicunque. vbi dicitur quòd ille, qui poſsidet nomine alieno, conuentus poſſeſſorio debet reſtituere, vtrum eſt, & intellige cum determinatione huius l. vel dominum in iudicio nominare: & ſic declinare iudicium.

Quæro vtrum † conuentus actione miſta, vt petitione hæreditatis, poſsit dominum in iudicio nominare. Gul. quòd ſic: per tex. ff. de pet. hæredi. l. etiam aliàs l. nec vllam. §. ſi quis abſentis. quæ lex bene facit. Dices tu: ſecundùm hoc apparet quòd iſte modus nominandi dominum in iudicio, erat de iure antiquo, vt ſ. dixi: & quòd hoc non reperitur alibi. Solu. Dico quòd alio reſpectu loquitur. §. ille nam, vt ſcitis, petitio hereditatis nō datur, niſi contra eum qui poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore ſed ille, qui poſsidet alieno nomine, nō poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore. & pro tanto ibi nominabat dominum in iudicio: non autem nominabat: vt ei domino abſenti fieret denunciatio: & pcederetur ſecundùm formam huius legis hoc etiam non reperie batur cautum: tamen per rationem illius §. & per identitatem rationis iſtius legis teneo hoc eſſe verum: quia in actione miſta cōuentus poſsit nominare dominum in iudicio, argu. j. titu. j. l. j. & hoc puto verum, prout iſta actio miſta habet naturam actionis realis: quia datur contra poſsidentem ptout verò haberet naturam perſonalis, dic vt in ea, vt dicā j. proxima quæro. † Quæro, vtrum conuentus actione perſonali poſsit dominum nominare in iudicio, cùm tex. hic non loquatur niſi de conuentis act. in rem. Breuiter, quædam eſt actio perſonalis in rem ſcripta: vt ſunt ferè omnia interdicta vt l. prima. §. penulti. ff. de interdic. & in iſtis poteſt quis dominum nominare in iudicio: quia eſt eadem ratio, quæ in reali. & hoc tenet gloſſ. in prædicta l. locum. §. j. de tabu. exhiben. Quædam eſt actio merè perſonalis: & in iſta non licet dominum nominare in iudicio ad declinandum iudicium, ſed vt poſſet ſe de defenſionibus informare. hic eſt caſus in authenti. qua in prouincia. Procedo vlterius: dicitur in tex. debet ſtatim in iudicio nominare dominum. Quæro † quando debet fieri iſta nominatio. Reſpond. iſta exceptio eſt declinatoria. & exceptiones declinatoriæ debent opponi ante litem conteſta. vt infrà de exceptio. l. fina. & j. de probatio. l. exceptio. †Quæro ſecundò, an iſte, qui nominat dominum in iudicio, debeat probare ſe alieno nomine poſsidere. Dic quòd ſic: quia in executionibus reus eſt actor, quantum ad probandum: vt lege in exceptionibus. ff. de proba. & l. prima. ff. de exceptio. Tu dic, quòd ſufficit ſolùm quòd nominet dominum in iudicio vt per hoc abſoluatur ab inſtantia iudicij: niſi actor in ſe velit onus probandi aſſumere, & probare eum ſuo nomine poſsidere: vt ſic in eum transferatur poſſeſsio authoritate legis vltimæ. ff. de rei vendicatio. Et illud videtur Innocen. velle in capitu. quoniam frequenter. vt lit. non conteſta. † Quæro. quid ſi talis poſsidens nomine alieno non nominat dominum in iudicio an valeat proceſſus: Certè ſic, vt l. officium. ff. de rei vend. & iſtud eſt q gl. hic dicit dum exponit debet. i. pōt quaſi dicat: nemo cogit dīm nominare in iudicio, ſi non vult. †Quęro, vtrū iſto caſu ſnīa lata contra colonum, vel alium alio noīe poſsidentem p̄iudicabit dño. Videē q nō: vt l. ſi. j. ſi p vim, vel alio modo, & j. qbus res iudicata nō nocet p totū & res inter alios acta p totum. Plus dico q etiā facta executiōe, & rę ad actorē trāslata nō

P. PAV. P.
Dicere. Sic Abb. in c. quoniā frequenter. §. ne in aliis. in iij. char. vt lite non conteſt. Barba. cō. lxxxiij. in iij. vol. vbi dicit opi. Bar. eſſe communē, vt etiam dicit Abbas in d. §. ī aliis licet Card. & Anto. de But. ibi aliter loquātur. & aliter Bal. hic, & pau. de Caſt. & Ang. Sali. hic ſequit Bar. vide Maria. Soci. in c. qñ frequēter §. q ſuper. vt lite nō conteſt. qui ſequitur opi. Abbatis ibi.

a ¶ Cōueniri. Vide Bal. in l. negāda. ī vj. col. in ver. forma cōnis. j. qui accu. non poſ. Adde no. extra de foro cōpe. c. poſtulaſti. & c. fin.

b ¶ Caſus illi q. Vide quæ dixi poſt Bart. in l. facere poſſe. ff. ſolu. mat.

a ¶ Pro concordia aduerte, q bñficiū miſsionis in poſſeſsionē datū per iudicē contra aliquē debitorē verū ſuper aliqua re, quæ nō erat ipſius debitoris, ſed alterij, præiudicet & dño ipſi rei, ſcd'm Bart. in l. iuſtè poſsider. ff. d ac. poſ. Cōtrariū vī velle in hac l. j. ȳſi. q̄ro vtrū in iſto caſu. Tu dic Bar. in d. l. iuſtè. loqtur qñ debitor poſsidebat illā rē, ī quā fit miſsio in hac verò l. j. loquit qñ dñs poſſidebat: quo caſu nul lū fit præiudiciū dño prout apparet ex verbis Bar. vbiq. Adde ad materiā l. ob maritorū. C. ne vxor p & in l. in noxalib. ff. de noxa. in l. fi. C. de edi. diui adri. tol. & ibi Bald. in iij. q.

a ¶ Si quis alterij. Nota circa iſtā materiā poſſationis in iudicio q noīator teneē ī ſubſidiū, p noīato, vide l. noīatori. p illū tex. C. de pig. vide Bertach. in tracta. de gabellis. ī j. parte. in penul. colū.

d ¶ Noīare. Quis teneat dīm in iudicio noīare, vide latè ſpe. in ti. de primo decre to. §. reſtat. ȳſi. hoc ēt no. & ibi etiā qd in emphyteuta vel feu datario. & ibi etiam quid ī procuratore dato ad adminiſtrandū & ibi de colono & de viro circa bona dotalia, & aliis ſimilibus: & ibi etiā quid ſi noīans nominato nō comparente vult pœnitere, &c.

a Et mihi videtur qd debemus ſic dicere. Aut iſte, qui habet ius in re, conuenitur ſolū reſpectu poſſeſsionis: vt quia emphyteuta cōuenitur ab alio dicente ſe potiorē emphyteutam eſſe: tūc vera ſit iſta opinio, qd non poſsit dominum in iudicio nominare: qa ei non præiudicatur. Si verò conuenitur reſpectu dominij directi: & ſic reſpectu iuris, qd eſt apud alium, debet nominare dominum in iudicio: & liberabitur à iudicio, reſpectu illius dominij, quatenus illud iudicium non repugnat iuri ipſius emphyteutæ. Poteſt enim dicere emphyteuta, nō curo quis ſit dñs directò nec hoc volo defendere: ſed dico me eſſe emphyteutā. ſed quatenus ius, vel petitio actoris repugnaret iuri ſuīpſius emphyteutæ, haberet emphyteuta neceſſe ſe defendere: nec poſſet dominū nominare, quantū ad declinandum iudicium: ſed bene poſſet eū nominare, vt poſsit ab eo de ſuis defenſionibus informari: vt vidiſtis in auſ. qua in prouincia. Iuxta hoc quæro: † pone quòd nominaret in iudicio dominum, qui poſsidet ciuiliter tantū: an iſte tantū ciuiliter poſsidens poſsit conueniri rei vendicatione. Opi. ponuntur hic in gl. finaliter gl. tenet qd ſic. ff. de rei ven. ſup rub. in l. Pomponius. §. ſi is qui pcario. ff. de acq. poſ. & ibi plenè dixi. Et eſt tex. in l. cuiuſcūq. §. j. ff. de vſufr. Procedo vlterius: dicitur hic, alieno nomine poſsidens rem immobilem. Quæro, † quid ſi poſsideat rem mobilem. Glo. dicit q nō poteſt dīm nominare in iudicio vigore huius l. ſed res debet deponi ſi eſt perſona ſuſpecta: vt l. ſi fideiuſſor. §. fi. q ſatiſdare cogantur. Sed hodie poſſet dīm nominare, per auſ. qua in prouincia. ita dicit glo. Certè auſ. illa nihil facit: qa ibi loquitur de nominatione, quę fit, vt poſsit inſtrui de defenſione cauſæ: non aūt ad declinandū iudicium. Inn. extra, vt lite non conteſtata. ca. quoniā frequenter. circa fi. tenet idē indiſtinctè, q poſſeſſor rei mobilis poſsit dīm nominare in iudicio, & pro certo nos de hoc non habemus legē expreſſam: tamen ex identitate rationis poſſumus beneficiū huius legis ad poſſeſſores rei mobilis extendere, cum eadem ſit ratio, nec per hoc introducatur alicuius legis correctio. Quæro extra glo. vtrum † in iuribus incorporalibus liceat dominum in iudicio nominare. Inn. tenet q ſic, p c. inter. & de ma. & obed. not. ipſe in d. c. quoniam frequenter. Iſta enim iura incorporalia habentur pro rebus immobilibus, & maximè quando immobilibus adhærent: vt l. ſi aliena. §. j. ff. de vſuc. cōmu. præ. l. j. Quæro extra gl. † nunquid in poſſeſſorio poſsit quis dominum nominare in iudicio. videtur quòd non: quia tex. loquitur de conuento act. in rem Gul. de Cu. tenet hoc idem in conuento poſſeſſorio, per auſ. qua in prouincia. ſed illa nihil facit vt dixit gloſſ. Decre. tenet contra. xij. quæſt. ij. c. quicunque. Glo. noſtra videtur velle quòd in poſſeſſorio habeat locum beneficium huius legis vt l. locum. §. j. ff. de tabu. exhibē. quæ gloſſ.

11 etiam † innuit, q in re mobili habeat locum hæc lex, quòd ſatis placet propter identitatē rationis, cum ex hoc, vt dixi, non intro ducatur l. correctio. Non obſt. c. quicunque. vbi dicitur quòd ille, qui poſsidet nomine alieno, conuentus poſſeſſorio debet reſtituere, vtrum eſt, & intellige cum determinatione huius l. vel dominum in iudicio nominare: & ſic declinare iudicium.

12 Quæro vtrum † conuentus actione miſta, vt petitione hæreditatis, poſsit dominum in iudicio nominare. Gul. quòd ſic: per tex. ff. de pet. hæredi. l. etiam aliàs l. nec vllam. §. ſi quis abſentis. quæ lex bene facit. Dices tu: ſecundùm hoc apparet quòd iſte modus nominandi dominum in iudicio, erat de iure antiquo, vt ſ. dixi: & quòd hoc non reperitur alibi. Solu. Dico quòd alio reſpectu loquitur. §. ille nam, vt ſcitis, petitio hereditatis nō datur, niſi contra eum qui poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore ſed ille, qui poſsidet alieno nomine, nō poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore. & pro tanto ibi nominabat dominum in iudicio: non autem nominabat: vt ei domino abſenti fieret denunciatio: & pcederetur ſecundùm formam huius legis hoc etiam non reperie batur cautum: tamen per rationem illius §. & per identitatem rationis iſtius legis teneo hoc eſſe verum: quia in actione miſta cōuentus poſsit nominare dominum in iudicio, argu. j. titu. j. l. j. & hoc puto verum, prout iſta actio miſta habet naturam actionis realis: quia datur contra poſsidentem ptout verò haberet natu-

13 ram perſonalis, dic vt in ea, vt dicā j. proxima quæro. † Quæro, vtrum conuentus actione perſonali poſsit dominum nominare in iudicio, cùm tex. hic non loquatur niſi de conuentis act. in rem. Breuiter, quædam eſt actio perſonalis in rem ſcripta: vt ſunt ferè omnia interdicta vt l. prima. §. penulti. ff. de interdic. & in iſtis poteſt quis dominum nominare in iudicio: quia eſt eadem ratio, quæ in reali. & hoc tenet gloſſ. in prædicta l. locum. §. j. de tabu. exhiben. Quædam eſt actio merè perſonalis: & in iſta non licet dominum nominare in iudicio ad declinandum iudicium, ſed vt poſſet ſe de defenſionibus informare. hic eſt caſus in authenti. qua in prouincia. Procedo vlterius: dicitur in tex.

14 debet ſtatim in iudicio nominare dominum. Quæro † quando debet fieri iſta nominatio. Reſpond. iſta exceptio eſt declinatoria. & exceptiones declinatoriæ debent opponi ante litem conteſta. vt infrà de exceptio. l. fina. & j. de probatio. l. exceptio.

15 †Quæro ſecundò, an iſte, qui nominat dominum in iudicio, debeat probare ſe alieno nomine poſsidere. Dic quòd ſic: quia in executionibus reus eſt actor, quantum ad probandum: vt lege in exceptionibus. ff. de proba. & l. prima. ff. de exceptio. Tu dic, quòd ſufficit ſolùm quòd nominet dominum in iudicio vt per hoc abſoluatur ab inſtantia iudicij: niſi actor in ſe velit onus probandi aſſumere, & probare eum ſuo nomine poſsidere: vt ſic in eum transferatur poſſeſsio authoritate legis vltimæ. ff. de rei vendicatio. Et illud videtur Innocen. velle in capitu.

16 quoniam frequenter. vt lit. non conteſta. † Quæro. quid ſi talis poſsidens nomine alieno non nominat dominum in iudicio an valeat proceſſus: Certè ſic, vt l. officium. ff. de rei vend. & iſtud eſt q gl. hic dicit dum exponit debet. i. pōt quaſi dicat: nemo cogit dīm nominare in iudicio, ſi non vult. †Quęro, vtrū iſto caſu ſnīa lata contra colonum, vel alium alio noīe poſsidentem p̄iudicabit dño. Videē q nō: vt l. ſi. j. ſi p vim, vel alio modo, & j. qbus res iudicata nō nocet p totū & res inter alios acta p totum. Plus dico q etiā facta executiōe, & rę ad actorē trāslata nō

a ☞P. PAV. P. ¶Possessione sua. Vide Alex. in l. peregre. §. qub⁹ in pe. & vl. col. de acqui. pos. & adde qđ snia nunqđ præiudicat possessori, nisi ipse sit nominatim citat⁹, adeò qđ vbi al's sufficeret citatio gñalis vl per edicta, nõ sufficeret in ꝑiudiciũ possessoris, q potuit verisimile scire vide Alex. cõsil. v. in ij. volu. colum. j. Vide ad Bar. in l. iustè possidet ff. de acq. pos. Vide Alexã. in l. à diuo pio §. si post edictũ. ad fi. ff. de re iud. qđ etiã ꝑpria authoritate licet possessori tali expellere talẽ immissum in possessionẽ: vide oĩno gũde in l. clã possidere. §. qui ad nũdinas. in fi. col. de ac. pos. vbi ponit an talis ingressus acquirat aliquã possessionẽ saltẽ naturalẽ.

☞ P. PAV. P.

b ¶Dandus. Et vbi ista tutũ tolleret hoc, saltẽ deberet petitio rei terari. vid. Decius cõ. lxij. co. iij. Itẽ qño sententia lata cõtra colonũ ꝑiudicet dño vi de latè Alex. xl. sepe. col. lj. & se. de re iud.

☞ POMATES.

c ¶Breuiter. adđ. bar. in l. j. C. quo. bo. con. trariũ tenet il. admonendi. de iureiu. & in ỹ. summariè. i extraua. ad reprimẽdũ vide not. do. Mat. in ij. volu. iij. not.

☞ POMATES.

d ¶Reali missus. De hoc aũt, an missus in possessionem ex primo decreto, i actiõe reali possideat, vide Alex. in l. iustè possidet. in princ. ff. de ac. b possess.

☞ P. PAV. P.

e ¶Res est. An idẽ sit si agat remediũ possessionis restituẽdæ, vide Aret. i c. ex ꝑte. in j. col. de foro cõpe. Itẽ q sit in electione actoris an velit agere in loco domicilij cõuenti, vide Feli. in c, dilect⁹. el ij. col. v. de rescript.

f ¶Finaliter. Adde tu q hæc opinio fuit originaliꝝ. Per. hic: & illã sequit Io. And. in addi. Spe. in tit. de cõpe. iudi. adi. §. j. ỹ. xx. & in c. fi. de foro cõpe. & ita etiã Abb. in c. sane. de foro cõpet. 2 & ibi do. Mari. Soc. i d. c. sane. ỹ. ij. declara. 3

g ¶Tenet qđ non. Et sic habes qđ in personalib⁹ quis ratiõe rei sitæ nõ sortit forũ. Ita etiã tenet do. Mari. Soci. in c. sanè. ỹ. si. septima declaratio. de foro cõpe. Ad de tũ qđ si agit hypothecaria ratiõe rei sitæ, qđ quis in loco c poterit cõueniri. Ita Io. And. in addi. Spe. in ti. de cõpe. iud. §. j. ỹ. vij. Et idẽ si agit interdicto turbatiuo, dato qđ sit persona alẽ: tũ est scriptũ in rẽ: & iõ quo ad ipsam rẽ iudicat vt realis. l. j. ff. de interdic. & no. Inno. in c. ex parte. ẽ. de foro competenti.

h ☞ POMATES. ¶Actione mista. Vide Ro. cõsi. cxcvij. & Bal. etiam ibi idẽ tenet in l. cũ in longi. §. nihil. j. de præscriptio. lõ. tẽpo. & Panor. in c. fi. colũ. vxij. extra, de foro competen. & Bart. in l. forma. §. j. ff. de censi.

i ☞P PAV. P. ¶Illic vbi. Vidẽ Io. de anna. cõ. iij. ĩci. visis statutis. i iij. dub.

priuabit dñs absens possessiõe sua [a], si quã habeat: argu. d. l. si per vim, vel alio modo. Non obst. ad hoc l. peregre. §. quibus. ff. de acq. pos. & l. iij. §. qđ si hic seruus. eo. tit. qa ibi loquit in deficiente, qui deficiendo colonũ habet causam priuãdi quemlibet sua possione, at iudex non habet animũ priuãdi absentẽ possessione sua: vt d. l. fi. si ꝑ vim vel alio modo. Et hoc videt tenere Inn. in d. c. quoniã frequenter. Procedo vlterius: dicit hic, q statut tempus certum colono, 18 ad denũciandũ dño. †Quæro, an debeat dño denunciari per iudicẽ, vel sufficiat sola data dilatio colono. Respon. non sed per iudicẽ etiã; debet nunciari dño: aliàs posset per colonũ fraus cõmitti, non denunciando dño. Et hoc videtur velle text. ibi; certo dierũ spatio à iudice, &c. eo quod ad notionem eius procedẽdo intelligo per iudicẽ. Et hoc videt expressius dicere text. in d. c. quoniã frequẽter. circa fi. & ita ibi exponit Inno. Procedo vlterius; dicitur hic quòd dñs veniens, vel mittens procuratorẽ contra actoris intentionẽ excipiet. Quæro, qualiter istud fiat, procedatur ne super primo libello dato cõtra colonũ; an verò dabitur nouus libello contra superuenientẽ 19 dñm. Puto †q colonus absoluat ab instantia iudicij, propter dictã nominationẽ; & libellus de nouo sit dandus [b] cõtra superuenientẽ dñm; quia textus innuit q contra ipsum de cætero faciẽdus est ꝓcessus. Sed tunc quero, si dñs nullo modo possidebat, sed ille, qui eũ in iudicio nominabat, possidebat ciuiliter, & detinebat nõe dñi fortè precario: quomodo contra dñm dabitur libellus? Videt q non põt: vt d. l. Põponius. 20 §. si is qui precario. ff. de acq. pos. † Dico q iste, qui nominat dominũ in iudicio, debet etiã possessionẽ ipsam in dñm transferri: vt sic possit rei vendicatione conueniri: aliàs si hoc non faceret, nõ absolueret ab instantia iudicij: qa per illam nominationem non esset actori consultum voluit hæc lex &c.

Cognitio summaria qualis esse debeat, ad cognoscendum de iuribus actoris.

De proprietate usq; ad quantum tempus quis audiatur, qñ sit actum super possessione.

Missus in possessionem in actione reali, an statim possideat. remissiue.

Sin verò post. Dicitur hic, q domino nõ veniente negotiũ examinatur summatim. †Quæro qualis est ista summaria cognitio; vtrũ requiratur q de iure petentis constet expresse, & clare: an verò sufficiat iuramentum calũniæ. Breuiter, [c] qñq; ex missione in possessionem non fit præiudicium, neq; in proprietate, neq; in possessione: tunc sufficit summaria cognitio per iuramentum calumniæ: vt vidistis in aut. & qui iurat. j. de bonis authori. iud. possiden. Quandoq; fit præiudicium in proprietate, & in possessione: vt quando interponitur scđm decretum, tunc debet cõstare de iure actoris: vt plenè vidistis in l. pe. de bo. autho. iud. possiden. Quandoq; fit præiudicium in possessione, & non in ꝓprietate: & tunc debet cõstare de iure actoris summatim, hoc est, per præsumptiones, vel indicia, vel semiplenã probationẽ: vt l. iij. §. causæ. ff. ad Carb. & ita in hac l. cũ per hanc missionẽ nõ fiat præiudicium, nisi in possessione. Venio ad finem nostræ legis. dicitur hic: omni allegatione absenti reseruata super proprietate.

2 Quæro, vsq; †ad qđ tempus auditur de proprietate. Dicit glos. vsq; ad decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes. Nam postea esset res vsucapta, vel præscripta: vt in l. iustè. in gl. allegata. Doct. reprobant istam gl. nam per primum decretum, non intendit iudex transferre dominum per consequẽs. nec vsu capiendi conditionem: vt l. clauibus. de contrahen. emp. Sustinendo gl. dic q vsucapiet ex possessione quodammodo iuncta cum præcedenti titulo, quem habebat: vt l. si is qui pro emptore. §. penul. ff. de vsuca. & l. eum qui ædes post prin. eo. titu. Item dicit glo. q aliud est in actione noxali, cũ statim efficitur dominus accipiens, si primus possessor erat dominus: vt in gl. hoc est verum quando missio fit ex secundo decreto. secus si missio fieret ex primo. & ita loquũtur iura allegata in gl. Item dicit gl. quòd in actione personali auditur quis vsq; ad xxx. annos, vo- 3 lens recuperare possessionem: nisi peruentum fuerit vsque ad secundum decretum. & verum dicit glo, †Quæro, nunquid d in reali missus [d] in possessionẽ statim possideat. Dic vt dicemus in d. l. si quis emptionis. §. pen. j. de præscrip. xxx. an. Facit ad prę dicta, qđ no. in l. iij. §. fi. ff. de acquir. pos. &c.

1 ☞ *Si mulus ducitur per mulionem per ciuitatem, mulio non poterit hic conueniri.*

2 *Actio personalis quæ proponitur pro aliqua re immobili, an poterit in loco ubi res est proponi.*

LEX III.

Actor. Actio in rem potest exerceri vbi possessor habet domicilium, & vbi res est [e] aliàs debet forum, rei sequi, tam in actione reali, quã in personali. 1 hoc dicit. †Quæro, quid de re mobili, per ciuitatem istam transit quidã mulio: ego dico mulum, quẽ ducit, esse meũ: volo eum hic conuenire: an possim. Et videtur q sic: quia potest conueniri vbi res est. Et de hoc sunt opi. in gl. nostra: vt in ea ha- f betis. Finaliter [f] salua meliori deliberatione, dicendum videtur q non: quia istud, quòd hic dicitur: vbi res est: intelligitur vt ibi ꝑmaneat, non ad tempus, causa custodiæ, vel transitoriè: tũc enim ibi non dicitur esse. Vidistis in l. ij. de ver. sig. & l. quæsitum. §. ij. de leg. iij. cum similibus. & ideo si res esset hic permãsura, vt hic permaneret: idem est in re mobili, qđ in immobili. & sic procedat opinio Azo. In re quæ esset hic transitura, & causa custodię procedit opinio Hug. & aliorum salua meliori deliberatione. cæ- 2 tera dic vt in gl. †Quæro, quid in actione personali, quæ proponitur pro aliqua re immobili: vtrum possit ꝓponi in loco vbi g res est, si ꝓponens non habet domicilium. Gl. tenet q nõ. [g] ff. de censi. l. forma. §. fiverò quis agrum. & ibi no. & ꝓbatur. ff. de iud. h l. qđ leg. secus, in actione mista [h]: vt j. proxi. tit. l. j. in qua idem tenet, quòd in reali.

Vbi de hæreditate agatur. *Rubrica.*

LEX vnica.

Illic vbi. Missio in possessionem debet peti, vbi res est; & petitio hęreditatis potest intentari vbi hæres habet domicilium. hoc dicit. &c. i

Vbi de ratiocinijs agi oporteat. *Rubrica.*

LEX I.

Vm qui. De administratione tam publica, quã priuata, ibi ratio reddi debet, vbi est gesta. hoc dicit iste titulus.

Vbi causa status agi debeat. *Rubrica.*

1 ☞ *Quo iure cognoscatur an seruus aufugerit.*

1 *Practica huius legis.*

2 *Reconuentio an possit habere locum, quando causa conuentionis est summaria, & reconuentio non remissiuè.*

3 *Reconuentio non habet locum in causis, quæ sibi inuicem præiudicant.*

LEX I.

A quæ. Hæc est bona lex. An quis fugerit, debet prius per iudicẽ examinari: & repertus fugisse, ad locum vnde aufugit, debet remitti, vbi status quæstio agitur. hoc dicit. Quæ- 1 ro primò, quo iure cognoscatur de hoc, † an ipse aufugerit, vel nõ. Dicit gl. nõ interdicto vti possidetis: quia res est mobilis: sed interdicto vtrobi. nõ est verũ: quia illud haberet locũ, qñ ancilla possidereť ab alio: sed qñ ipsam & facit controuersiã sui recurrendũ est ad officiũ iudicis: vt l. iij. §. hoc aũt inter dictum. de libe. exhi. habuistis no. j. de lib. exhi. l. j. ff. de rei ven. l. 2 j. §. per hanc. Erit †ergo practica hic, q ille, à quo seruus aufugit in aliã ciuitatẽ, capiat seruũ per personã, & cõducat ad iudicem illius terræ, in qua eũ cepit, & eius officiũ imploret, & hic examinet, an ab eo aufugit an non. Et si eum aufugisse reperit, remitta tur ad iudicẽ, vnde ipse aufugit, ꝓbať in l. j. j. ti. j. & quòd ibi not.

Sed cõtra hoc op. si tu cõuenis me fugitiuũ, petẽdo remissionem: ego potero te recõuenire super causa status, dicẽdo me libertũ: vt j. de sen. l. cũ Papi. & aut. & consequenter. & sic in eodẽ lo- 3 co examinabitur causa status. Dicunt †quidã, reconuentio non põt habere locũ, qñ causa cõuentionis est summaria, & causa re conuentionis requirit, plenariã causæ cognitionẽ. Et ita dicũt, q est casus in hac lege. Sed an hoc sit verũ, dicã in d. aut. & conse- 4 quenter. & tñ ad legẽ nostram respondeo, q †materia reconuentionis non habet locũ in causis, quæ sibi inuicem præiudicant, vel quarum vna est præparatoria ad aliam. & ita loquit ista lex: & ibi videbitis.

LEX II.

Procuratores. Procurator Cæsaris, nõ est cõpetens iudex in causa status.

LEX III.

Iex possessione. In causa status, actor sequitur forum rei, & partes sustinet, qui possessionis commodo gaudet. h. d. cũ l. seq. & ista lex bene congruit l. j. huius tit. quia illa loquitur, quando est dubium: hic quando est certum.

Eam. Causa libertatis, & seruitutis, inter fiscũ, & priuatũ, examinať à ꝓcuratore Cæsaris. Causa verò libertinitatis, & ingenuitatis, à Præside. hoc dicit.

In litibus. In quæstionibus ingenuitatis alicuius vi uentis, præscriptio quinquennij est sublata. hoc dicit.

Vbi quis decuriali, uel cohortali, aliaue conditione conueniatur. *Rubrica.*

1 ☞ *Liber homo alteri obnoxius, fugiens potest propria authoritatè capi, ut ad iudicem ducatur.*

2 *Causa status liberi hominis, an agatur ubi sit captus.*

LEX I.

c ¶Alij auxilio. De iſta gñali renũciatione quid operetur, ſicut ſi eſſet facta generaliter de omni beneficio. videaliquid. in conſiliis Com. in conſi. vij. incip. viſis cõpromiſſo. in vlti. col. in ſubſcriptione domini Floria. vbi inducit iſtã deciſionem ad aliud ſimile de quo ibi per eum. Vide cp iſtã clauſulam, omni legũ auxilio, quod decidit Iaſon in l. fin. in princi. iit iij. col. ſi cer. pera. & quæ ſcribit Soci. in conſil. cc. in vlti. col. de quo habes in repertorio in verbo, exceptio.

d ¶Mulier pro debito. Not. caſum, cp mulier poteſt carcerari. adde Bar. in l. ſi quis ſub conditione. de teſtamen. tute. Itẽ fallit dicta authen. vbi mulier eſſet meretrix, quo caſu poſſet talis carcerari ſecundũ Bal. in lege conſentaneũ. C. quomodo & quãdo iudex. Et bene facit in argumen. l. quæ in adulteriũ in fi. j. de adulte. Vide not. Bart. in l. cõſentaneum. Et de hoc an in ciuili, vel in criminali poſſit mulier carcerari, vide Bal. in l. j. ff. qui ſatiſda. cogã. & in l. quoniam. de cuſto. reo. & qđ ibi habetur. & quãdo mulier poſſit capi, etiã pro debito, vide Bal. in l. j. in iij. col. j. de exceptione rei iudica. & in l. j. in iij. col. qui bonis cedere poſſunt. & do. Franciſ. Tigri. in conſi. incipiẽte, factũ ſic ſe habet. uuidã nomine Burgũdus &c. cui ſcripſit ſe Bar. qđ cũ mulier dicit ſe trãſiturã ad ſecunda vota, ſtatim deſinit eſſe tutrix, vt dari

da. ab his l. tutor ſi fuerit petitus. Præterea iſta ſolennitas poteſt eſſe multum prejudicialis: ergo preſumitur neceſſaria, quę omiſſa vitiat: vt l. diuus. de in inte. reſti. & l. cum hi. §. ſi prætor. de tranſac. & quod poſſit eſſe præiudicialis, oſtendo primò de renunciatione, quæ fit de ſecundis nuptijs: certũ eſt, quòd ea, quæ habet ſecundũ virum, eſt ſuſpecta legi: quia lex præſumit quòd excoriaret filios pro viro: vt ſ. de admi. tuto. l. lex quæ tutores. & hic in authen. ad hæc. & qđ ibi not. Sed eadẽ præſumptio eſt de ea. quę habet animũ & conſilium nubendi quę eſt de ea quę nubit: ſicut dicimus de ea quę habet cõſiliũ diuertendi. vt l. ſi concubina. §. j. re. amo. & l. ſed ſi marítus. in fi. qui & à qui. Pro hoc optimè facit tex. ſ. de nup. l. imperialis. §. ſed & ſi tales. Præterea hoc probatur ex text. in d. §. quia verò. vt ſine prohi. mat. tn ver. mox tamen. ibi dum dicit, ſecũdas concupiſcentias, &c. Ex quo apparet cp concupiſcentia nuptiarũ reddit eam inhabilem, ſicut ipſæ nuptiæ. Præterea, de iure antiquo cogebatur hoc iurare. aliàs non valeret: vt l. iij. & l. ſi. huius tit. hodie verò remouetur iuramentum, ſed renunciatio requiritur. ergo remanet in alijs idem effectus ſcilicet cp renunciatio omiſſa vitiat. Præterea, iudex qui dedit eam tutricem cũ non renũciauit ſecun. nup. facit hoc ignorans an haberet animũ nubendi. & ſic errauit in iure præiudiciali, ſeu magni præiudicij: merito tutelæ aſſumptio nõ valet: vt d. l. tutor ſi petitus. de tuto. & cura. da. ab his. Secundò videamus, quid ſi non renũciauit[a] velleiano. d. Cy. in hoc vult dicere, cp hęc renunciatio modicũ releuat. & ſic iſtius omiſsio non viciaret. & cũ haberemus ſuper hoc cõſulere, fuit mihi oſtenſum cõſilium, ſeu determinatio cuiuſdam docto. Bonoñ. qui vocatus eſt dominus Federicus de Senis qui idem determinabat, cp iſta renũciatio ſit modici præiudicij, & omiſſa non vitiet. Cõtrarium ego puto verũ. & ſic conſului quatuor vicibus in ciuitate iſta, cp iſta renunciatio omiſſa vitiet: quia, omittitur res magni præiudicij, vt hic videtur velle glo. Præterea, ſi mulier non exigeret debitores pupilli, vel haberet cõtutores, vel conſtitueret actorem, poſſet teneri pro eis: & ſic eſſet interceſsio, & iuuaretur Velleiano omnino: ideo opus eſt renunciatione. Et ideo concludo, quòd ſi vnũ iſtorũ omittatur, ipſa nõ eſt legitima
12 tutrix. Sed quæro, † quid ſi renũciauit Velleiano[b] & ſecundis nuptijs, nec fuit dictũ, omni alij auxilio:[c] an valeat? Et videtur cp ſic: quia tex. hic non requirit quòd renuncietur, niſi iſtis duobus. Præterea, non videtur cp habeat aliud beneficiũ: ergo adiectio illius generalitatis nõ releuat. Quare dico, cp mulier in multis iuuatur. Primò in ignorantia iuris, mulier in multis caſibus habet

poſsit alius, ſi legitimi nõ ſuperſit. alleg. pro caſu §. finaut tutelã. in authen. de nup. in ver. ſui. in fi. & Bald. in l. omnẽ. C. ad Tertul. Adde cp mulier meretrix poſsit carcerari, videtur limitari niſi eſſet cõiugata: quia tunc propter honorẽ matrimonij, nõ videtur cp poſsit carcerari, per ea, quæ voluit Ioan. And. in ad di. ad Specu. ſcilicet cp ſtatutũ permittit meretricẽ percuti, nõ habet locum in cõiugata, per prædictam rationẽ: & poteſt talis meretrix ac cuſari de adulterio ſecundùm ipſum.

↦POMATES.

beneficiũ vltra quã vir: vt vidiſtis in l. fin. ſ. de iur. & fact. igno. & ideo per hãc renunciationẽ illa beneficia tollũtur: & mulier in eũ caſum redigit, quo eſſet, ſi eſſet tutor maſculus: & ſic non habebit beneficiũ in caſibus illis poſitis in l. fi. ſ. de iur. & fact. igno. dico etiã cp ſi eſſet beneficiũ ſibi cõpetens. tanquã mulieri, licet ſit tale qđ aliàs per renunciationẽ tolli non poſsit, tamẽ iſtius auctẽ. autoritate, per renũciationẽ tolleretur. quod patet hic in Velleiano, cui ſecundùm verã opi. renũciari non põt, vt vidiſtis ſ. ad Velleia. l. fi. & ibi per doct. probatur in l. doli exceptio. ver. diuerſum. ff. de noua. & ibi dixi. & tamen in iſto caſu valet authoritate
13 huius authẽ. Ex hoc etiã dico, † q̃ licet aliàs
d mulier pro debito[d] capi nõ poſsit, vt l. j.[e] & authẽ. ibi poſita. de offi. diuer. iudi. & l. ij. de exac. tribu. lib. x. & in authẽ. vt nulli iudi. §. neceſſariũ. colla. ix. tñ in caſu præſentis authen. pro omni debito cõtracto ratione tutelæ poterit capi: qa videtur ſublatũ per hanc renũciationẽ beneficiũ illius authẽ. poſitũ. ſ. de offi. diuer. iudi. & perinde habet, ac ſi eſſet maſculus: ſed beneficiũ cp iſta mulier habet, eſt quia parẽs, nõ quia mulier, huic nõ videtur renunciatũ. Et ideo puto cp haberet beneficiũ, ne cõueniatur, niſi in quantum facere poteſt, & ſimilia beneficia parẽ-
14 tibus data. † Quæro, quid ſi nõ renunciauit ſecundis nuptijs neq; Velleiano ſpecialiter ſed generaliter renũciauit omni beneficio. an valeat. Reſpon. nõ eſt neceſſe, q̃ exprimatur de Velleiano: quia illud eſt beneficiũ mulieris. Et ideo includitur ſub illa generali renunciatione: ſed eſt neceſſe cp exprimatur de ſecũdis nuptijs. nã cp poſsit trãſire ad ſecũdas nuptias, nõ eſt beneficium, ſed eſt quædã facultas. Ideo ſub illa generali renũciatione nõ cõprehenderetur: ſed tũc eſt neceſſe, cp illud declaretur, vt ſ. dictũ eſt. Que
15 ro, † quid ſi in tutela nõ obligauit[f] expreſsè
f omnia bona ſua, qđ requiritur: vt d. authen. vt ſine prohi. ma. Dicũt quidã, hoc non viciat. Ratio: quia bona ſunt tacitè obligata pro adminiſtratione tutelæ: vt l. pro officio, j. de admi. tuto. Cõtra, primò cp ſit legitima tutrix, niſi expreſsè obliget: quia multi ſunt effectus hypothecę expreſſæ, vltraq̃ tacitę. maximè in caſu l. aſsiduis. j. qui po. in pigha. De hoc eſt tex. expreſsè in l. de creatio-
16 nibus. in fi. ſ. de epi. au. † Venio ad ſequen-
g tem glo. ſuper ver teſtamentarijs.[g] Quæro, pone cp duo ſunt dati tutores in teſtamẽto, mater, & extraneus: an mater erit tutrix? Quidã dicũt cp non: quia teſtamentarij prę-
17 feruntur ei. qđ dic latius vt in glo. Quæro, † quid ſi mater eſt data tutrix in teſtamẽto, an egeat cõfirmatione? Quidã cp ſic, per l. qui in aliena. §. q̃cq̃. de neg. geſt. Sed tu dic, cp illa loquit de iure antiquo, Hodie verò non eget confirmatione: ſed neceſſe eſt vt

nubere. etiam quando nubit, & poſtea reſtat vidua. vide Mo. bene in l. etiam ſi. col. iij. ff. de quæſtio. referẽtem ſimpliciter Bald. in l. varijs locis. ponit quod dicit Bartol. in authen. ſeq. ver. quæro an ſtatim.

g ¶Teſtamentarijs. Habetur per Odof. poſt Azo. in l. iij. ff. de fideicom. libe. & melius Bar. in l. ſi quis ſub conditione. de teſta. tutę.

tutelam

tutelam agnoſcat corã iudice, & renunciet illis beneficijs, de qui
18 bus dictum eſt in hac auẽ. † Quæro, quid ſi datur tutor à iudice
a matre ignorãte[a], an valeat. Et videt cp datio nõ teneat, quaſi per eã ſit interpoſitum decretũ. ar. ff. de reb. eo. l. magis puto. ſ. ſi ęs alienũ. & ff. de tu. & cu. da. ab his. l. ſcire oportet. & ſ. q̃ da. tu. poſ. l. ſi ſororis. Sed gl. determinat cõtra. per l. ſi vt ꝓponis. ſ. de cõfir. tu. Ita dicit gl. hic. Cõtraria gl. habemus ff. de tu. & cu. da. ab his. l. tutor ſi petitus. & illã gl. tenet Dy. & allegat rationẽ: qa mater eſt tutrix legitima, vel teſtamẽtaria vt dictũ eſt ſ. qñ vult ipa: ſed ſuperueniente legitimo ceſſat datiuus: vt l. ſi tutor. ſ. j. ff. de tute. & ra. diſtra. & l. nõ ſolũ. ſ. ſi libertus. ff. de excu. tuto. Ad l. ſi vt ꝓponis. ſ. de cõfir. tu. rñdeo cp ibi loquit in tutore cõfirmato, q̃ ſapit naturã teſtamẽtarij: meritò p̃ferẽ matri. ſecus in tutore, q̃ eſt datiuus ſimpliciter. Ita dicit Dy. Odo. verò diſtinguit aliter: aut
b mater fuit in mora petendi[b] tutorẽ: & tunc præfertur datiuus. Aut nõ fuit, nec eſt quid ſibi imputet: & præferẽ ipſa, ar. l. ſi maiorus. §. ſi ante. extra. ff. de adul. Pro hoc optimè facit ff. de iu. fiſ. l. edicto. in iij. §. facit ff. de admi. tu. l. tutor q̃ repertoriũ. circa prin ci. Facit optimè j. de his q. vt indig. l. ſororẽ. Et hãc opi. tenet Pe. Ia. de Ra. & Cy. hic. Pro quo etiã optimè facit ff. ad Tertu. l. iij. §. ſi mater. ver. qđ ergo. et ver. ſed ſi fortè. Facit etiã ſ. de epi. & cle. auẽ. præsbyteros. vbi innuit cp ſi ſtat p quatuor mẽſes, videat in mora cõſtituta. Mihi videt, & aduerte quod dicti doc. dicũt verũ in iure, tñ hoc bene nõ practicãt. nã fateor cp qñ mater fuit in mora, p̃ferẽ datus à iudice: ſed eſt neceſſe, cp de iſtius matris mora, iudex cognouerit bene. Vnde puto, cp mater debeat citari: & ſi apparebit eã eſſe negligẽtẽ, iudex dabit alterũ: aliàs nõ valeret datus à iudice. Et credo, cp hoc ſit ęquum. ſ. ti. j. l. qđ dicis. Et prędicta vera qñ matre excluſa nõ ſupereſt legitimus: ideo eſt deue niendũ ad datiuum. Si enim legitimus aliàs ſupereſſet, locus nõ eſſet datiuo. Nam cùm mater per moram ſuam deſinat eſſe tutrix ex legis diſpoſitione, non ex facto iudicis, debet deueníri ad legitimum, non ad datiuum, vt j. dicam &c.

1 ☞ *Mater, quæ luxuriatur, perdit tutelam, ſicut quando tranſit ad ſecunda uota.*
2 *Mater ſi tranſuit ad ſecunda uota, ad quos tutela redibit.*
3 *Si mater uadit ad iudicem, & dicit ſe uelle tranſire ad ſecunda uota, cp ſtatim deſinat eſſe tutrix.*
4 *Iudex non dat tutorem illum, quem mater petijt.*
5 *Si mater eſt minor annorũ xxv. an ſuccedat alius legitimus, uel peruenìatur ad datiũ.*

Sacramentum. Quæro primò hic loquit, quando tranſit ad ſecũdas
1 nuptias. Quæro † quid ſi aliter luxuriata[c] eſt. Gl. dicit
c idẽ, ar. in auẽ. de reſti. & ea quę parit. §. fi. De hoc videtur caſus in l. fi. huius ti. nam debet pudicitiã ſuã intactã ſeruare.
2 Sed quæro. † matre excluſa propter tranſitũ ad ſecũda vota, ad quos rediбit tutela, an ad datiuum, an ad legitimũ? Gl. ſe expedit vno verbo, & dicit cp ad datiuum ad inſtar eius, qui tanq̃ ſuſpectus remouet. vide gl. iſtã. Aduerte, iſta quęſtio eſt magis difficilis q̃ alia, quæ ſit in iſta materia. Semel fuit iſta quęſtio in hac
d ciuitate ꝓ tutela filiæ Bertrãdi Comitis de Marſano. Et iſta quæſtio fuit cõmiſſa Bononię[d] quatuor doctoribus. ſ. do. Rich. Mal. do. Ia. de Bel. do. Iac. Bu. & do. Ray. de For. et erãt diſcordes do. Rich. Mal. & do. Iac. de Bel. erãt ꝓ vna parte. ſ. cp eſſet locus datiuo: vt hac gl. do. Ia. de Bu. & do. Ray. de For. erãt in cõtraria opi. cp eſſet locus legitimo. Hoc probãt, & probabãt ipſi ſic: Regula eſt, cp donec eſt legitimus, non peruenit ad datiuũ, imo legitimus excludit datiuum: vt l. ſi tutor reipu. §. j. de tu. & ra. diſtra. & l. non ſolùm. §. ſi libertus. de excu. tuto. Probatur ex ordine titulorum ff. eo. & inſti. Habemus ergo reſpondere ad iura, quæ faciunt in cõtrariũ. quæ videnẽ velle, cp ſit locus datiuo. Primò de hoc videtur tex. in l. iij. huius ti. in fi. Reſpon. Iſta lex loquitur ſecundùm ſua tempora, ſecundùm quæ mater non poterat eſſe tutrix, exiſtente aliquo legitimo: meritò ea excluſa veniebatur ad datiuum: quia nullus erat legitimus. Item cp ſit locus datiuo, videtur tex. in l. omnem. j. ad Tertu. & l. matres. eo. tit. & l. pe. j. in q. cau. pig. taci. cõtrahi. & in auẽ. de nup. §. ſi autẽ tutelã. & ſ. qui petu. l. matris. Sed ad omnes iſtas reſpõdebat Iac. Butr. cp loquũtur quando legitimi nõ ſuperſunt. Si autẽ legitimi ſupereſſent: tunc remanet regula, cp exiſtente legitimo datiuus repellitur. Pro hoc
e facit l. ij. & l. diuus. ff. qui pe. tu. Contra hoc dictum[e] ſuum facit multùm fortiter iſta authen. & quod hic notatur, cui ipſe non re
ſpondet in illo conſilio, quando mater tranſiuit ad ſecunda vo-

a ¶Matre ignorãte. Vide gl. hic, & Bal. poſt eã in v. ſi. q̃ro ſi deſ tutor ſi petiẽ. circa fi. ibi Ia. de Ra. & Cy. hic, &c. & cũ doc. trãſit hic Frã. Tig. in cõſi. inci. factũ ſic ſe habet: gdã noie Burgũdus &c. cui ſcripſit Bar. et maximè vbi mẽ fuit rutrix, & poſtea trãſiuit ad ſcda vota: qa incõtinẽti auia ꝓferẽ oib⁹ datiuis nõ tẽ ſtamẽtarijs, & no. Bar. ſi l. ſi qs ſub cõditiõe. in fi. ff. de teſt. tut. & in d. l. tutor ſi petiẽ⁹. vbi oĩnovide.

b ↦P. P A V P. ¶In mora petendi. Vide Ale. cõſ. cccclxxviij. vide Deci. cõſi. xvj. col. vlti. vbi ẽt cp mẽ debeat citari ad cognoſcẽdũ an fuerit ĩ mora, et ꝓ quãtũ tps lapſũ dicat cõſtitui ĩ mora, vidẽ latè ale. cõ ſi. clxxxj. vo. v. co. ij.

c ¶Luxuriata eſt. Et adde gl. & Bal. ſi auẽ. ijſdẽ. ſ. de ſec. nup. & ſi l. his ſolis. et ibi bal. j. de reuo. do. & Bal. ſi l. ſi qs ſub cõditione. ff. de teſta. tuto.

↦P. P A V. P. ¶Luxuriata. vide ad bar. in l. oĩno. C. ad Tert.

d ¶Cõmiſſa bononię. vide Bal. ſi auẽ. ijſdẽ. ſi iij. col. ſ. de ſec. nup. & in l. omnino. in j. col. j. ad Tertu.

d ¶Quid adit ſi mẽ eſt excluſa ꝓ morã vide Bar. ſi auẽ. matri. in fi. Et iſtis adde Bart. ſi l. ſi qs ſub cõditiõe. de teſ. tu. Et an iſta auẽ. habeat locũ ĩ mẽe tutrice teſtamẽtaria, cp priuet tutela ꝓ trãſitũ ad ſcda vota, vide ſi auẽ. ijſdẽ. ſ. de ſecũ. nup. & de ꝓdictis oĩbus hic tactis ꝓ bar. vide no. ꝓ Spe. ſi ti. de tu. §. nũc dicẽdũ. & ſi c. ex pte. el ij. de app.

e ¶Contra hoc dictũ. vide Spe. de tu. §. nũc dicendum eſt. de tut.

↦P. P A V. P. ¶Cõtra hoc dictum vide Comen. conſil. xciij.

f An ſtatim. Vide Bal. ſi d. l. imperialis. §. ſed ſi tales. ſ. de nup. & ſi auẽ. ijſdã. ſi iij. co. ſ. de ſec. nup. & in l. oĩm. ad Ter. C. et vide qđ dixi ſ. proxi. auẽ. & Bal. ſi l. ſi qs ſub cõditiõe. de teſ. tu. et bar. ſi d. auẽ. mẽi & auię. ſi iij. q. i v ſ. qđ ſi mẽ nõ renũciauit. ſ. de nup. et Bal. hic. Adde bar. cõſ. cxv. ſci. factũ ſic ſe habet. an aũt ſi mẽ trãſit ad ſcdã vota, tñ an cõſummationem carnalis copulæ petat tutorẽ, debeat ſuc ceſsiõe priuari. vide Bal. cõſ. ccxvj, li. iiij. Pe. de Anc. cõſ. cccxviij. v bi multa de mutieribꝰ trãſeũtibꝰ ad ſcda vo. relictis filijs & an iudex illũ dare dẽat, qui ẽ ipa petierit vidẽ eũdẽ cõ. clv. li. ij.

g ¶Tãgit Spe. Vult allegare Spe. ſi ti. de tut. §. nũc dicẽdũ. v. ſed nõdũ &c. ꝓ ang. ſi l. vxor. & ſi l. ſi focer. §. q̃ virũ. j. de ifa. & addẽ bar. ſi l. mẽes. ff. ad ter. et bar. ſi l. ſi qs ſub cõdõne. de te. tu. et bal. ſi l. ꝓcibꝰ. ſi viij. co. v. et ſcias. C. de ip. et bal. ſi l. j. j. ſi cõ. ius vl vti. pu.

h ↦P. P A V. P. ¶Dare pretium. Sequitur Com. conſi. xciij. vide latè Curtiũ

cōſil.xlvj.vbi ponit alia ſ materia dādi tutorē qſ̄ mater trāſit ad ſecūda vota.

a ¶Propoſitum. Vide Bal.in l.ſi. & Bar.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſta. tute.& Bar.in authen.minoris.ad finem.ſ̄.tit.j.

b ¶Propter. Vide quod ibi dixi poſt Barto.in l.iij.§.ſi pupillus.ff.de tute.& eſt gl.not.& ibi Bar.in l.curatorē.ff.de iut.& cur.da.ab his.vbi omnino vide qſ̄ habenti tutorē̄ tutor dari poſsit. Et adde gl.Inſti.de cu.§.interdum.& Spe.in titu. de tu.§.fi. verſ.item quod habenti.

↦POMATES.

c ¶Licet tutorē. Ergo habēti datur regulariter curator.& vide Ro. conſil. cccclxiij. col.iiij. vbi limitat, & ibi etiā ponit qua liter curator ſit dāndus pupillo cōuēto.

d ¶Aduerſus. Per bar. in l.j.in pen.colū. C. vt act.ab hære.& vi de j.eod.l. rationes.

e ¶Non eſt ignotum. Not.pariter iſtū caſum,& vide Bart.l. edita.in fin.ſ̄.de cdē. & in l.j.§.ſi procur.ſi quis ius di.nō obtē. a

in ij.col.& vide tex. & ibi Bar.& Nic.de Neap.in l.j.§.ſi pupil Ius.ff.de tut.& ra.di.

f ¶Non omni titulo. Adde text. & quod ibi not.in l.cum plures.§.pen.ff.eod.not. per Bal.in l.ſi pater. C. de dotis promiſ. & Bald.in l.qui liberos.de ritu nup.& in l.j.ff.ſol.matrimo. & Angel.& Imo.in l.à filio in princip.ff. ad Trebel.

↦P. PAV. P.

g ¶Pro officio. Adde ꝙ tamen bona hæredum tutoris nō ſunt tacitè obligata pro ratione reddēda, vide de Comē.cōſi. xxxviij. incip. quæritur an bona eſſent quæſite ex rebus tutoris. vide ibi.

h ¶Obligata. Et intelige,ꝙ bona tutoris, & curatoris, & etiā eorū fideiuſſorum, ſunt tacitè obligata, etiā ad lites.l.properādū.§.fi.ꝙ alibi expreſsius non reperitur, ſecundū Bal.ibi C.de iudic. Secus in procuratoribus, & actoribus eorum:vt ibi,creditor verò nō poteſt bona,nec perſonam tutorum impedire.l. cum etiam. & ibi Bald. poſt gl. ſ̄.de rebus credi. & l.iij.& ibi hoc not.limitat Bald. quando fiſco.vel priuat. Ad quod vide not. per Bald. in l.ſub prætextu .ſ̄. de hæredi. act. Quid in rectore eccleſię dixi in l.reſpublica .ſ̄. ex quib. cau.ma.Et adde hic Bar.in l.actor.ff.rem ratam habe.& in authen. ſicut. de legiti. tutel.Adde, quando tutor,vſ̄ adminiſtrator,& eorū hæredes teneantur de mala admini. Ro, conſil. cccviij.

tibus q.Iſtud etiam tenuit Iacob.de Aret. vt hic Cyn.refert,& ſcripta ſua cōmuniter dicunt.Tamen do.Richard. Mal.qui fuit ſcholaris Iacob.de Are.dicebat in illa q.de qua ſ̄.dixi,ꝙ do.Iac.de Aret.nunquam dixit,ſed ita dicūt communiter ſcripta ſua.& hoc puto verū. Quæro, quid † ſi mater eſt minor xxv.annis.ſed ſperatur quòd efficiatur maior,vnde ipſa interim nō poteſt eſſe tutrix: vtrum ſit locus ſequenti legitimo, vel ſequenti datiuo. Videtur ꝙ ſequēti dati uo:quia quādo proximior legitimus ſperatur,ſequēs legitimus ceſſat,& eſt locus datiuo:& l.non ſolū.§.ſi libertus.de excuſati. tuto.l.ſi tutor reipubli.§.j.ff.de tu. & ra.diſtra. In contrariū facit,quia mater nō eſt tutrix legitima,niſi quando vult:nūc ad propoſitum[a] nos dicimus in teſtamento,quòd primum tollitur perſequens,quando ex eo eſt poſsibile hæreditatē adiri:& tamen intelligitur quādo ſequēs teſtamentū eſt valid dum de ſe,nec expectat confirmationē ex voluntate alterius:vt puta ſi filius eſſet preteritus in eo:vt l.cū in ſecūdo.& ibi not.de iniu.rup.& irri.teſta.Ita videtur in propoſito,ꝙ tutela legitima,quæ dependet ex voluntate alterius,aliam legitimam non impediat.Hoc tamen non pono pro conſtanti.

In quibus caſibus habenti tutorem, tutor uel curator dari poteſt. Rub.

LEX I.

Iinlocum. Curator datus ob abſentiam tutoris,deſinit eſſe finita abſentia. hoc dicit.

LEX II.

Rotuit. In locum excuſati, ſeu remoti, eſt alius dandus:& curator datus in locū tutoris,deſinit pubertate.

LEX III.

Propter. [b] Diffuſum patrimonium eſt cauſa,vt habenti tutorē,tutor vel curator conſtituatur.h.d.Vide glo. ſuper ver.curatores. & nota eā, quæ ponit caſus,quando habenti tutorem tutor dari poſsit. &c.

b

Licet. [c] In locum tutoris excuſati, ſiue remoti,alius eſt dādus hoc dicit.

c

Vm ob augmen- tum.Augmētum facultatum eſt cauſa,vt tutori adiungatur curator.Item non gerens non tenetur, niſi tempore adminiſtratiōis depoſitæ,ille,qui geſſit, fuit tutor non ſoluendo. hoc dicit in ſumma.

De adminiſtratione tutorum,& curatorum. Rub.

Super iſta rubrica in eo quod dicit de pecunia,eſt poſita authentica,nouiſſimè cautum eſt.quam vide.

LEX I.

Truſtra. Curator adulti non tenetur pro tutoribus præcedentibus,niſi ſibi poſsit negligentia imputari. hoc dicit.

LEX II.

d

Aduerſus. [d] Actor pro vniuerſali adminiſtratione non poteſt conuenīri durante tutela,vel cura.hoc dicit. Vos hic habetis glo.quæ materiā iſtam tractat,quæ non eget ſuppletione.

LEX III.

Vmptus. Expenſæ factæ in pupillum poſſunt ſibi imputari à iudice, licet non fuerint taxatæ.hoc dicit.

Iſi eam. Libertus negligens in exigendo à ſeipſo, poteſt remoueri,& etiam puniri.hoc dicit.

Truſtra. Non eſt iuſta cauſa recuſandi ſolutionem, ſi debitor dicat,quòd ſibi nō liquet, in quā cauſam pupillo ſoluere habeat.

e

On eſt ignotum. [e] Habeo iſtam l.pro notabili.breuiter dicit: Adminiſtratores,qui iuſtam cauſam litigandi non habuerint,proprio nomine in expenſis legitimis condemnantur.

Vtelam. Tutor non debet rem alienare,cōtra formam datam ab eo,qui rem prædictam legauit.hoc dicit.

Tſi ſciſſes. Ignorās ſe tutorem,nullo modo tenetur.Sciens verò de neglectis tenetur, ſi gerens non ſit ſoluendo.hoc dicit.

s **Icuratores.** Poteſt adulta iudicis officium intentare,vt curatores eam dotent.h.d.

s **Iliberti.** Liberti male adminiſtrantes,remouentur, & criminaliter puniuntur.

Sibonam. Qui non appellat,vel appellationem non eſt proſecutus,cùm bonam cauſam habuit,pupillo ob hoc condemnabitur.hoc dicit; & eſt bona lex.

Ehis. Numerus liberorum non ſupplet ætatem, nec propter hoc ad agendum quis admittitur.

Vtores. Tutoees non tenentur ſatiſdare rem ratam haberi.hoc dicit.

Rationes. Idem dicit quod l ij.ſ̄.eod,Pro vniuerſali adminiſtratione, non poteſt durante officio ratio poſtulari.hoc dicit.

Sinon ſubſcripſiſti. De eo quod quis fecit vt tutor,nō poteſt preprio nomine cōueniri,niſi ſe proprio nomine obligauerit.hoc dicit.

f

On omni titulo. [f] Alienatio tutoris non præſtat iuſtum titulum poſsidenti,niſi fiat ex cauſa,& modis à iure permiſsis. hoc dicit. Vos habetis hic vnam gl.quæ firmat,ꝙ frater tenetur dotare ſororem. Vide glo.& hoc hic not. ſecunda gl. & in l.j.ff. de tut.& ra.diſtra.&c.

Desucceſſione. Adminiſtrare tutelam,non aufert ius teſtandi, vel donandi. hoc dicit.

Debitoribus. Adminiſtrator debet debitores monere,& eis ceſſantibus pignora vendere.hoc dicit.

t **Vtor.** Abſentia non excuſat tutorem ſcientem,& nō gerentem.

g

Ro officio. [g] Pro mala adminiſtratiōe,& pro neglectis bona adminiſtratoris ſunt tacitè obligata [h].hoc dicit hæc l.& tota hic allegatur.de adminiſtra.tuto.l.pro officio,

h

Vpillorum. Tutor tenetur de adminiſtratione tutelæ,ſi conditionem pupillo vtilem implere neglexerit.hoc dicit.

1 ☞ *Bona quæ ſeruando ſeruari poſſunt,non poſſunt per tutorem alienari ſine decreto.*

2 *Minor non poteſt dare in dotem,uel donationē,propter nuptias immobilia ſine decreto.*

Quod

1 *Quod quis habuerit in domo maſſaritias,& ſupellectilia,poteſt probari per domeſticos & familiares.*

4 *Mulier tranſiens ad ſecunda uota,eſt filijs primi matrimonij multùm ſuſpecta.*

5 *Res,quæ ſeruando ſeruari poſſunt,non alienantur ſine decreto.*

2 **Lex quæ tutores.** [a] Breuiter hoc intendit: immobilia † & mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt: non poſſunt alienari ſine decreto. Secus in his quæ ſeruando ſeruari non
2 poſſunt.h.d. Primò no.quod dixi in ſummario. Secundò no.† ꝙ
b minor non poteſt dare in dotem vel donationem propter nup.[b]
3 immobilia ſine decreto. Tertiò no.& tene menti ꝙ † quicquid habuiſtis in domo,ſ.quas maſſaritias,ſeu ſupellectilia, poteſt probari
c per domeſticos[c],hoc eſt,per ſuos familiares. Facit quod habuiſtis in l.conſenſu.ſ̄.de rep.& l.de ſubmerſis.C.de naufragijs.lib.
4 xj. Quartò no.illud ꝙ † mulier tranſiens ad ſecunda vota, eſt filijs primi matrimonij multùm ſuſpecta. No.quintò † quòd res,
5 quæ ſeruando ſeruari poſſunt,non poſſunt alienari ſine iudicis
d decreto[d].

1 ☞ *Si res emphyteutica minoris propter non ſolutionem canonis reuertitur ad dominum,tutori imputatur.*

2 *Pœna Lij.C.de iure emphy.habet locum in minore.*

1 **Itutores.** Imputatur † tutori res emphyteutica propter canonem non ſolutum, redit
2 ad dominū.h.d. No.quod dixi in ſummario. Not.† ꝙ tempus triennij vel biennij,de quo loquitur.l. ij. ſ̄. de iure emphy.currit minori.

1 ☞ *Tutor tenetur facere inuentarium quàm primum poteſt.*

2 *Inuentarium ſi fiat coram uno notario,ſufficit.*

3 *Creditores non citantur,quando tutor facit inuentarium,& debet fieri in iudicio.*

1 **Vtores.** Tutor † quàm primum poteſt,facere debet inuentarium de rebus & inſtrumentis:& res,quę poſſunt ſeruari,debet in tuto collocare, vel prædia idonea emere. h. d. Quæro quando tutor debeat facere inuentarium. Glo.ponit opi.illa eſt vera ꝙ debeat facere cùm primum poteſt:vt l.tutor qui repertorium.in princi.
2 de admi.tuto. Secundò † quæro,an debeat fieri coram pluribus notarijs vel vno. Gloſ. dicit quòd ſufficit vnus. Dic vt habes in
3 glo.† Item an ad hoc debeant citari[e] creditores. Glo.dicit ꝙ non
e licet:ſecus eſt in inuentario,quod facit hæres. Item an debeat fieri in iudicio. Glo.dicit ꝙ ſic. Et vide glo.&c.

Sancimus. [f] Qui ſoluit tutori ex præcepto iudicis,pleniſsimam conſequitur liberationem. Item reditus & penſiones ſolutæ tutori ſine decreto,liberationem præſtant.

f

Vm quædam. Quod quis facit vt tutor,ſibi non præiudicat vt priuato[f].

Onſtitutionem. Hæc lex gloſſat legem, ſancimus. ſuprà eodem. quia factum illius non habet locum in vſuris quæ faciunt magnam ſummam,vel in penſionibus biennalibus.hoc dicit.

1 ☞ *Tutor & curator non defendens minorem,remouetur à tutela.*

2 *Officium tutelæ & curæ eſt neceſſarium.*

3 *Curator liti datur per iudicem, qui præeſt liti.*

4 *Ad officiū matris etiā pertinet ꝙ tutores legitimè adminiſtrent: & in quibus tutoribus.*

5 *Legitimi adminiſtratores non ſatiſdant.*

6 *Tutor pro defenſione pupilli, poteſt bona pupilli obligare.*

7 *Tutor debet in tutela promittere ꝙ defenſionem ſubibit pro pupillo.*

8 *Tutor poteſt uendere frumentum & uinum,nec tenetur mittere illud ad alium locum.*

g **Sancimus.** [g] Iſta eſt vna bona & notabilis lex,
1 & habet caſus multùm notabiles & ſingulares. Breuiter dicit: Tutor & curator † debent defendere minorem:quòd ſi recuſauerint, à tutela remoueantur. hoc dicit. Nota quòd dixi in ſummario. & habuiſtis hoc idem ſupra,de procuratoribus.l.eum qui res. Nota,
2 quòd † officium tutelæ & curæ eſt neceſſarium.

Sed & ſi quis. Hic eſt nouus caſus: Lite cœpta ſi perſona indigeat curatore ad litem, ille dabitur officio iudicis,qui illi liti præeſt. hoc dicit. & eſt caſus no-
3 uus & ſingularis & menti tenendus. Sed per † quem iudicem de
h tutore & curator,eſt dubium,[h] vt habuiſtis ſupra,qui pe.tut.l. j. Tamen de curatore dando liti,non videtur dubium quod poteſt dari authoritate iudicis qui præeſt illi liti &c.

a ¶Lex quæ tutores. Et qualiter iſtud dictum intelligatur, vide quod dixi in l. j.ff. de prædi.min.

a ↦POMATES. ¶Lex quæ. Vide aliter per Panor.conſi.x.volu.ij.& Arc. xxij.in prin.& limita vt per Ias.in l.ſi frater.in fi.j.qui teſta. fac. poſ.

a ↦P. PAV. P. ¶Lex quę tutores. Circa materiā huius l. vide oīno Bar.cōſi. lxix. & ea q̄ habes ad Bar.ī l.magis puto. §. nec paſsim. de re.eo. vbi habet qua liter q̄ poſsit tutor vl̄ curator de bonis minorum diſpenſare.

Perſonis. Ad curam eius, qui tenetur pupillis poſtulare tutores,pertinet vt tutores defenſiones ſuſcipiant:vel ſi fuerunt remoti, alij idonei con
4 ſtituantur.hoc dicit. No.quòd ad officium b matris ſpectat non ſolùm quòd dentur tutores:ſed quòd legitimè adminiſtrent, hoc eſt,ꝙ inuentarium faciant, & iurent, & ſi c mīlia. Facit l.ij.§.ſi mater.ff. ad Tertu. Item no.& iſtud eſt verum quòd ſpectat ad ſolicitudinem matris in his tutoribus, quos ipſa mater petiſt. In teſtamentarijs autem vel legitimis quòd hoc ad ſolicitudinem
i matris ſpectet,non reperio[i].

b ¶Propter nupt. vide Bart. in l.ſi ante nuptias.ff.ſolu.matri.

↦P. PAV. P.

c ¶Per domeſticos. vide Feli.in c.quoties.I j.col.extra, de teſtib. Et magis credit̄ domeſticis iſtis. Et vide quę dicit Bar.ī l.quoties.C.de naufr.li.xj. p illū tex.q exponit, reiiciat in domo vel nauī probatur p veriſimilitudinem.

Defenſionem. [k] Tutores & curatores non debent ſatiſdare, ſed poſſunt pro defenſione d
5 pupilli bona obligare. Not.ꝙ † legitimi ad-
6 miniſtratores non tenentur ſatiſdare. † Nota caſum, in quo per tutorem poſſunt immobilia obligari.

k ¶Sine iudicis decreto. Vide ad hāc l.bar. cōſi.lxix.et vide Fel. in c venerabili.ad fi. de offi.dele.& Alex. cōſi.xxxij.col.ij. vol. ij. vbi dicit, ꝙ p iura mētū derogarē huic ſolutioni & decreto iudicis.

1 **Omnem autem.** [l] Hic eſt nouus & ſingu-
7 laris, & multæ tutelæ ceſſant per hoc. † Tutores & curatores debent ſpecialiter & exe preſsè tempore,quo creantur, promittere quòd defenſionem ſubibunt. hoc dicit.
m Nota & tene menti[m] iſtum caſum. Et ſi ſic non reperies,opponas exceptionem cōtra inſtrumentum tutelæ. Nota quòd iſtud additur ad alia quæ requiruntur in tutela, in l.legitimos.ff.de legi.tuto.&c.

His quæ. Licet tutoribus & curatoribus fructus vendere,ſub
ea æſtimatione,qua à maiori parte commu
8 niter venduntur. Nota ergo † quòd non
habeat neceſſe tutor vel curator frumen- f
tum vel vinum reſeruare: ſed poteſt ven-

l ↦P. PAV. P. ¶Omnem autem. Idem Bal.& Ange.hic. Vide Pau.de Caſt. conſi.ccclxiij.in ij.col. Aduerte tamen ꝙ licet ipſe text. videatur requirere exprimi iſta verba pro forma,tamen ſatis eſt ſi tutor promittit vtilia facere, inutilia prætermittere,& pupillum indefenſum nō relinquere q̄a iſtud eſt æquū pollens. vide Alex.in l.prætor.ff.de ope.no.nun. Et melius cōſil. cxxxj.incip. ponderatis his aliās cxxix.ad illud tamen ad quod iſte tex.allegatur ꝙ nō ſufficit verbis generalibus exprimi, quod ſpecialibus eſt exprimendum. Facit tex.in l.ſi quando.§.& generaliter.in ver.& ſpecialiter.& ibi Ange. & Bald. C.de inof.teſt. facit tex.in l.ſi quis in principio teſtamēti.in verbo,ſpecialiter. de leg.iij.& in l.generaliter.C.de non num.pec.& in auē.de hære.& fal.in §.ſi verò expreſsim. facit glo.in cle.j.in verbo,ſpecialiter.de iudi. Facit tex.in c.ij. de præben.in vj. Vide remiſsionem Feli.quam habes ad Bar.in l.j.in ij.col.& vtl.& pupil. Quomodo & quot modis dicatur aliquid expreſſum, vide etiā multa per Ias.in l.j.in penul.& vlti colum.ff.ſi quis in ius voca.non ier.ponem tem multos caſus,in quibus requiratur aliquid ſpecialiter exprimi, taliter ꝙ ſufficeret exprimere verbis generalibus:& ſic in quibus plus operatur expreſſio ſpecialis,ꝙ generalis. Et ibi etiam ponit duas limitationes ad omnes illos caſus. Item vide multas deciſiones per eundem, vbi requiritur ꝙ expreſsio aliquid faciat.& vnam limitationem in l.actione.in iij.colū.C. de tranſactio. in iij.notabi.de offi.deleg.dum vult quòd etiam reſeruata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis veniunt in commiſsione:quia de eis facta fuit ſpecialis mentio,licet non in indiuiduo. Item an iſta deciſio procedat in curatore dato ad actum vel contractum fiendum tantūm,vide Alexan.quòd ſic conſi.clxiij. volu.v.

m ¶Tene menti.& vide Barto.in l.prætor.in princi.ff.de ope.no.nun.& Bar.in d.l.legitimos.videtur quod per iuramentum hoc ſuppletur, per id quod voluit Bald.in l.j.C. commo.

¶ Si res. Qualiter teneatur tutor de casu fortuito, & an furtū dicatur casus fortuitus, vide Roma. consi. ccccxxv.

↦P. P. A. V. P.

b ¶ Si tutor. Dum dicitur hic ꝙ presumptio legis est liquidissima probatio, vide & declara vt per Iaſ. in l. sciēdū. col. viij. ff. de verb. obli.

c ¶ Vide gl. Et istam glo. pro sing. allegat Ioā. de Imo. in l. quę situm. ff. de re iud. & in l. in tēpus. §. j. & in l. si ita quis hęres. ff. de hæredi. instit.

↦P. P. A. V. P.

d ¶ Si erat publicè notū. Vide. Com cōsil. clxij. invlt. col. & ibi etiam ꝙ illud. quod est nūciatū procuratori, præsumitur dominus scire, vide etiā ad hoc quæ habes in l. si publicanus. §. fin. post Bar. ff. de publica. Dicit etiā Com. in dicto consi. ꝙ ratione vicinitatis pręsumitur scientia, vt etiam habetur in l. j. ff. si cert. pet. Item illud, quod hic dicitur ꝙ erat publicè notū intellige ꝙ requiratur quòd sit publica vox & fama, vt declarat Aret. cōsi. cx. in v. colū. Vide latè Feli. in c. cū contingat. in conclusione, vsq; ad finē. extra, de rescrip. Itē ꝙ publica fama faciat præsumi scientiā. & de quibusdā aliis vide Bar. in l. is potest. in v. col. ff. de acq. hęrē. Et quod etiā ibi habes. Itē præsumitur scientia eorum, quæ fiunt in ciuitate vel prouincia, & quomodo, vide Barb. in c. j. in j. notab. extra, de offic. deleg.

e ¶ Et vide gl. Et istā glosſ. vide alleg. per Bar. not. in l. si cui. §. ijsdem. de accuſ. Et ad hanc glosſ. vide plenius per Bald. in l. is potest. de acquir. hęre. & est singula. glo. & ibi Bar. in l. j. ff. de recepta. & est text. not. in authenti. quomodo oport. epi scop. ad fin. vbi dicit quod propositum in poste. eccle. quis non potest ignorare. Facit c. j. de postu. prælat. c. fin. qui ma. accusa. post. l. sed si pupillus. §. proscribere. ff. de instit. glosſ. not. in cle. ij. & quod habetur in cle. j. de iud.

f ¶ Ad domum. Idem not. glosſ. in l. ita. j. de excusa. tut.

g ¶ Et si tutores. Vide Barto. in l. si vrbana. in fi. de cōdictio. indebi. & Bald. in l. iij. in xxiiij. colū. cum seq. de ſerui.

dere cùm vult: pro pretio tamen, pro quo ibi communiter venditur. Item videtur quòd non habeat necesse frumentum, vel vinum mittere ad alium locum: sed potest vendere in illo loco vbi habet pro pretio, quo ibi communiter venditur &c.

De periculo tuto. & curato. Rub.

LEX I.

ET qui notitiæ. Tutor datus causa notitię tenetur, si vtilia pupillo tacuit, vel fraudem commisit, vel participauit solus. cùm tutores ſuſpectos facere cesſauit. hoc dicit. Ad euidentiam scias quòd quidam sunt tutores dati causa notitiæ, qui nō administrāt, sed informant vel instruūt alios administratores quid facere vel gerere debeant.

LEX II.

a DEos qui. Cùm administratio est diuiſa per prouincias, vnus tutor de facto alterius nō tenetur. h. d.

LEX III.

IRes pupillares. Tenet tutor si culpa p̄cesſit casum: aliàs non tenetur de casu fortuito. hoc dicit cum l. seq.

Quis præſumitur scire illud, quod publicè scitur.

Quis præſumitur scire illud, quod est ſibi denunciatum ad domum.

b ITutor. Ad eū, qui se ignorat tutorem periculum administrationis non pertinet. hoc dicit. Aduerte, & oppo. quòd ignorantia non præſumatur: vt l. verius. ff. de probat. Dicūt quidam quòd hoc ostendit admiſſus nō iuſſus. Vide gl. Istud est facilè dicere. Vel melius dicit glosſ. & ista sunt tria notabilia dicta, ꝙ quòd hic erat præſumptio ſciētiæ: ideo qui vult probare ignorantiam, probet eam. ista autem scientiæ præſumptio contingit ex tribus. Primò si interfuit testamento, si erat publicè notum d: vel si fuit denunciatum ad domum. & vide glo. e Nota ergo † quòd quis præſumitur illud scire quod publicè scitur: vt l. sed & si pupillus. §. proscribere. de instit. Item nota † quòd quis præſumitur illud scire, quod est ſibi denunciatum ad domū f. Tene mēti, quia ad hoc iam millies allegaui hanc legem.

c d e 1 2 f

TEmporis. Post tutelam finitam periculum nō pertinet ad tutorem. hoc dicit.

Quando ex facto tuto. uel curato. minor. agere uel conueniri poſſunt. Rub.

LEX. I.

g HVlia. Ex sententia non datur actio in tutorē vel curatorem officio finito, sed in ipſum principalem. hoc dicit.

LEX II.

ET si tutores. g Ex stipulatiōe tutoris ſuper re pupilli quęritur actio pupillo. hoc dicit. Distingue vt in glosſ. quam vide & nota.

LEX III.

h ISi in rem. Ex contractu tutoris in vtilitatem pupilli tenetur pupillus. Et differt hæc l. à prima: quia prima loquitur de sententia: hæc de contractu. hoc dicit.

SIhi qui. Tutores & curatores ex administratione tenentur pupillo ex eorum facto: aliàs ei pupillo quæritur actio.

PEr tutorem. Per tutorem non quæritur actio pupillo extra rem pupilli.

Si ex pluribus tutoribus uel curatoribus omnes uel unus agere pro minore uel conuenire poſſint. Rubrica.

LEX I.

AB vno. Vnus ex pluribus tutoribus potest insolidum pupillum defendere. hoc dicit.

LEX II.

SI diuiſum. Si administratio diuiſa est p prouincias, tutores illius prouinciæ tantùm conueniendi sunt. h. dicit. Opp. de lege inter. in fin. ff. de admi. tut. Solue vt ibi nota per Dyn.

Ne tutor uel curator uectigalia conducat. Rubrica.

LEX vnica.

COmpetens. Qui tutelam gerit, vel eius rationem non reddit, ad cōducenda vectigalia non admittitur: & si accesserit, pœna falsi tenetur, niſi vtrięq; idonè satisfecerit. hoc dicit. Quidam dicunt quod hic est vnus casus, in quo in delictis admittitur pœnitentia. Sed certè hic quando fi. co h & pupillo satis facit, cesſat doli præſumptio in præteritum: vt plenè dixi in lege qui ea mente. ff. de fur. Quæritur vtrum ille, qui conduxit vectigalia publica, iuſtam excusationem habeat à tutela. Quidam dicunt quòd non. Dic vt dicimus j. de excusa. tuto. l. coloni. &c.

h

De tuto. & cura. qui ſatis non ded. Rubrica.

LEX I.

SInondum. Minores possunt à suis administratoribus satisdationē exigere: qui si ceſſauerint, prohibentur administrare. hoc dicit. Oppo. j. eod. l. iij. & Instit. de satisda. tut. §. j. Sol. Distingue: Tutores quidā sunt testamentarij, vel dati in testamento à iudice confirmati: & isti nullo mōdo satisdant. Quidam sunt dati ex inquiſitione, & isti non tenebantur olim satisdare: hodie verò omnis datiuus tenetur satisdare i: vt Instit. de satisd. tut. §. pen. Ita dicit glo. hic. alibi distinguit, & melius, in authen. vt hi qui ob. se perhi. habere res mino. §. penul. & illam glo. tene menti, &c.

i

LEX II.

CVm tutorem. Qui non satisdat, remouetur à tutela cū infamia, si dolo fecerit aliàs sine infamia. & in locum defunctorum alij debent dari, qui rationes præteritorum exposcent.

LEX III.

NDubium. Tutores non testamentarij debent satisdare, aliàs facta p eos nō valēt. h. d.

NOn omnium. Testamentarius & confirmatus non satisdant k. Item ex pluribus testamētarijs ille in administratione præfertur, qui aliàs satisdederit. hoc dicit. Habetis ff. de testamenta

h ¶ Quando fiſco. Ad istam vide not in l. in confirmando de confir. tuto.

¶ Satisdare. Sed Frā sci. Tigri. in consilio incipien. factum sic se habet: quidam nomine Burgūdus cui subscripsit Bartol. renet quòd in datione tutoris non requiritur inquiſitio, niſi. quoad hoc: quia si fuerit datus cùm inquiſitione, non satisdat, aliàs sic. & per hoc not. vide Barto. in l. si patronus. ff. de confirmando tutore aliàs est l. si tutores. & Bart. in l. j. ff. rem pupilli sal. fo. Sed tene dictam glosſ. in dicta authentica vt hi qui obliga. se habe. perhi. in versic. agit. ad fi. quam sequitur Cyn. hic in rubri. & Barto. l. si patronus.

k ¶ Nō satisdant. Sed quid si erat tutor testamētarius, qui erat malæ famæ, & erat ignotus testatori: an hoc poterit obijci, vt teneatur satisdare? Videtur quòd sic, in l. liberto. §. Largius. ff. de annuis lega. & in l. testamento. ad finem de administratio. tuto. & quod notat. Bald. in d. l. j. de confirman. tuto.

menta. tu te. l. testamento datos. & de administra. tuto. l. iij. in glo.

1 *Scientia tutoris inducit pupillo ius deliberandi, quod transmittit ad ſuos.*

2 *Scientia tutoris etiam qui non seruauit ſolennia, inducit pupillo ius deliberandi, ubi pupillus educari debeat.*

IVtor. Hæc est nota. l. & eam hoc anno allegaui. Qui non satisfecerit, non potest administrare, nec gerere, niſi ea, quæ sunt tempore peritura, vel nullum præiudicium paritura. hoc dicit. Vide gl. fina. & dic ſuper verbo, bonorum. Pro hoc videtur casus in l. impuberi. de tut. & cu. da ab his. Nota multùm quod dixi in sumario. Ex quo habes argu. imò casum ad quæſtionem, quam a liās pluries consului. Primò consului quod † ſcientia tutoris inducit pupillo ius deliberandi, quod transmittit ad suos hæredes ſecundùm formam. l. cùm antiquioribus. de iur. delibe. argu. pro hoc in l. ſequitur. §. ſi pupilli. de vſuca. Item consului ſecundo ꝙ † ſufficit ſcientia tutoris, quanquam non satisfecerit vel inuentarium non fecerit, & nihil de ſolennitatibus obſeruauerit. Casus est hic. Nam ius deliberandi est tempore periturum: quia durat anno: vt d. l. cùm antiquioribus. Item quia hoc nō potest esſe damnoſum pupillo: ergo non requiritur quod tutor impleuerit ſolennitatem. Facit l. tutor qui repertorium. post princ. de admi. tu. quod nota multùm bene. Et nota quòd meum motiuū fuit & in hac ciuitate fuit hoc anno pluries consultum: ſed à princip. meum motiuum fuit, & tetigi de hoc in l. qui duos. de reb. dub. Reducam tibi ad memoriam in l. cùm antiquioribus.

a

1

2

De ſuſpectis tuto. & cura. Rubrica.

LEX I.

LIbertum. Tutor potest postulari ſuſpectus durāte tutela, non ea finita. &c.

LEX II.

b VRatores. b Si curatores gerere ceſſant, possunt remoueri vt ſuſpecti. hoc dicit. cū l. ſeq. Vide hunc tex. ibi: ad eos tutela transfertur. Facit ad quæſt. de eo qui promiſit dare ſcachum matum cū pedona, ex quo dat matum cū ea facta forſa ſeu regina. De qua hic per Cy. in qua posita sunt puncta ſubtilia, &c.

e TIam. Tutor testamentarius potest postulari vt ſuſpectus. hoc dicit.

i NPostulandis. Mores potius, quàm diuitiæ in tutoribus ſpectantur.

PIetatis. Quilibet potest tutorem postulare ſuſpectum: & paupertas nō est iuſta causa ſuſpicionis: ſed est causa, proper quam potest curator adiungi. hoc dicit. Nota ibi quòd paupertas est causa, quare alius adiungatur. &c.

EVm quem. Pendente causa ſuſpecti non potest tutor administrare: ſed loco eius debet curator conſtitui. hoc dicit. Hæc notabilis lex, ſeu casus. De hoc habes instit. eo. §. ſi quis autem. & l. quod ſi fortè. §. j. ff. de ſolu. Et dic vt dixi ibi. In contrarium facit extra, de offic. & pote. iud. delega. c. venerabili. Dic vt dixi in d. l. quòd ſi fortè.

SInon ſuſpectū. Tutela pendente tutore nō remoto, non potest ratio administrationis exposci. h. d.

SVſpectos. Remotus ob dolum est infamis, aliās ſecus. hoc dicit. Vide glosſ. ſuper ver. negligentiam. Et no. ex ea, vtrum lata culpa equiparetur dolo, dic de hoc in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Item not. ibi quòd ex officio remouebatur non accuſatus. Nota argu. quòd condemnatus ex inquiſitione non accuſatus non infamatur: vt not. in l. iij. §. præterea. ff. eod. & ibi per Dyn. quod Cyn. videtur hic; & ego dixi aliàs in l. infamem. ff. de public. iudic. & ibi vide.

De eo qui pro tutore negotia geſsit. Rubrica.

LEX I.

ETiam. Mulier, quæ gerit vt tutrix, pro tutela tenetur. hoc dicit.

LEX II.

a ¶ Ex quo habes. Et vide etiam Bart. in l. tutor qui repertorium. in fi. princ. ff. de admi. tut. Et cum hoc trāsit Bart. hic.

b ¶ Curatores. Per Bar. in l. senatores. ff. de senato.

c ¶ Educatio. Vide glosſ. in c. ij. de conuer. infid. facit glosſ. in c. cum haberet. de eo qui duxit in matr. quam polluit. hic per Ioan. de Bel.

↦P. P. A. V. P.

¶ Vtrū nepos. In ista materia, penes quē pupillus ali debeat, vide Bal. consi. cccc. lxxxvij. in v. parte. vbi libere loquitur. Vide Pau. cōsi. cccl. iiij. ad finē. & eūdem in l. si paterno. circa finem. C. de neg. geſ. Et ꝙ interdū pupillus potest dimitti penes vitricū quando mater trāsiuit ad ſecunda vota, ſi sit persona honesta & probatæ fidei: licet in dubio videatur præſumptio cōtra eum vide in materia Bart. in q. xvj. incipiē. quæritur an iudex vbi examinat an ſpōſa pupilla posſit & debeat ali penes ſpōſum, & qñ debeat penes matrē, vide dom. Bādiſtū Peruſ. in consi. lxxij. in ij. col. De vitrico ꝙ apud cū ali nō debeat, vide Spec. ti. de tutore. §. nunc dicendum. in ij. col. Bar. in l. nonnunquam. ff. de adopt. Itē qñ quæſtio est apud quē ſtari debeat, vt interim deponi debeat, quòd omnia iſta ſint ſatis arbitraria iudici, vidē Alex. in consi. clxj. in vlti. col. in vj. vol. Itē ꝙ non sit educādum apud illū, qui succederet ſibi, & pōderādum sit an ſit perſona ſuſpecta, ponit gl. in c. grandi. in verbo' itē. de ſupplen. negli' prælat. in vj. Pau. cōſi. cccliiij. in fine. Vide Cor. consi. cxcviij in j. parte. in vj. colū. Et de ſubſtitutione vel ſucceſsione. vide Socin. cōſil. cxciij. in ſecūdo dubio. Et vbi affines oēs eſſent ſuſpecti, iudex eligit ex traneū, vide Albe. de Roſa. in l. ij. §. Iulianus. ff. de lib. exhib. Item ꝙ illud, qđ dicitur hic in pupillo, locū habeat in furioſo & mēte capto, vide gl. in c. grandi. in verbo, fratrē. de ſupplē. negli. prælat. in vj. vide Cardin. in Clemen. j. de homicid. in j. notab. quod veniēs ab inteſtato debeat cuſtodire furioſum, quòd videtur contra textum. in l. ij. huius tituli. Item quèd licet ſubſtitutus poſsit decerni tutor pupilli, apud eum non debet educari vide Bartol. in l. amiciſſimos. in princip. ff. de excuſa. tuto. vide textum. in l. j. ff. vbi pupil. educ. deb. in princip. vbi etiam Bartol. & alij. Poſſet tamen ſubſtitutus adeò legaliſ, quòd apud eum educaretur. vide Paulum de Caſtro. conſilio. cccliiij. ad finem. Sequitur Socin. in d. conſilio. cxciij. Et iſte titulus loquitur mortuo patre, vt per Alexand. in l. j. fina. ff. eodem titul. vide autem an debeat educari penes eum vel matrem, vide in l. j. & ij. C. diuor. fac. apud quem, &c. vide text. in l. finali. de conuerſi. in fide. circa finem. Exemplum vbi non deat educari penes patrem ſi ſit ſuſpectus, vide text. in l. j. §. j. ff. de liber. exhib.

c

ECducatio. Vide glosſ. in c. ij. de conuer. infid. facit glosſ. in c. cum haberet. de eo qui duxit in matr. quam polluit. hic per Ioan. de Bel.

d

ONon vtiliter. Exceptio qđ quis nō ſit tutor potest opponi in quacunque parte iudicij. h. d. Hoc intelige vt dixi §. de procura. l. nō eominus. &c

Si mater indemnitatē promiſerit. Ru.

LEX I

VOpotius. Mater, quæ tutorem petijt, ex facto illius tutoris non tenetur. h. d.

LEX II.

QVædam. Licet mater indemnitatem promiſerit pupillo, actio contra tutorem decerni tur. hoc dicit.

LEX III.

OBtutorem. Hæc lex quaſi idem dicit quod prima: Mater, quę petit tutorem, ex eius officio non tenetur, niſi hoc sit actum.

Si contra matris uoluntatem tutor datus ſit. Rubrica.

IContra ma. Ex eo qđ quis creatus sit tutor contra matris voluntatem, poterit remoueri. h. d.

Vt cauſæ poſt puber. adſit tutor. Ru.

LEX vnica.

TVtores. Cauſæ iam cœptæ debet adeſſe tutor etiam post tutelam finitam ante rationem & inſtrumenta reddita. hoc dicit.

Vbi pupilli educari debeāt. Rubrica.

LEX I.

EDucatio. c Pupillus educandus est apud matrem ad ſecūda vota non tranſeuntem: & quando de hoc est contentio, iudicis determinetur arbitrio, & onus alimentandi pupillum est neceſſarium. hoc dicit.

LEX II.

VTrumnepos. d Vbi pupillus educetur, est iudicis arbitrio: & de eo qui debet pupillo ſuccedere, est iuſta ſuſpicio.

De alimentis pupil. præſtan. Rubrica.

LEX I.

PVpillus. Tutor debet pupillo alimenta p̄ſtare: & si negligat, pōt cogi, etiā si quæſtio ſtatus pendeat. h. d.

